FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

# ANTO. DE BVTRIO || IN QVINQVE LIBROS DECRE=||TALIVM COMMENTARIA ... Summarijs ... Flori || de Sura Lugdunen[sis] ... || ... ||

... || SVPER PRIMA PARTE SECVNDI || DECRETALIVM. || CLARISSIMI IVRIS || VTRIVSQVE DOCTORIS DOMINI || Antonij de Butrio super Prima parte || secundi Decretalium accuratissime || excusa, ... || ... ||

**Antonius <de Butrio>**

**Lugduni, 1532**

De libelli oblatione. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150676**

Visual Library

ſi voluntarie ſtetit in curia expedito fine legationis non gaudet pri
uilegio:ꝛ intelligit qđ habet priuilegium donec ſe parat ad redeū-
dum.vel redire potuerit:nō ſolū de domo a qua receſſit:ſed de qua-
libet vbi nunc habet redire. Idem ſi neceſſitate vel infirmitate tene
tur:vel ſuper iure reuocandi domum interlocutoriam expectet.ff.
ex qui.cau.ma.l.qui mittitur.§.fina.ꝛ.l.ſi cui.§.j.ſecundum Innoc.
in addi. Item intantum eximit eum hoc priuilegium vt non coga
tur audire ſententiam ſuper qua litem conteſtatus eſt:licet ſi velit
poſſit audire.ff.de arbit.l.non diſtinguemus.§.item ſi quis rome.
27 ¶†Ultimo quero de effectu huius priuilegij reuocandi domum
dic quod eximit a iuriſditione ratione cōmunitatis patrie:ſed non
eximit perpetuo ſecundum quoſdam:ſed eximit ita quod finita le-
gatione compellitur redire ꝛ non auditur niſi cautioneʒ preſtet de
ibi redeundo ad proſequendam litem finita legatione.argu.j.de di
latio.expoſuit.§.ſi.ꝛ dicunt expreſſum in.l.ij.§.ſed ſi dubitare.ff.de
iudi.quod quidam intelligunt etiam de his que in legatione cōtra
xit.plus placet Innocen.quod non det cautionem de reuertendo
ibi ſed de reſpondendo coraʒ ſuo iudice ordinario.l.ij.§.legatus.ff.
de iudi.quod vltimuʒ non placet Hoſtien.per prima iura.ꝛ hoc re
citat Ioan.and.in duobus locis. dictum Innocentij.puto verum
quando cauſa poteſt coram inferiori tractari:quia non eſt ardua.ꝛ
iudicium non erat ante legationem ceptum.dictum autem Hoſtiē
ſis procedit quando cauſa eſt ardua:vel quando iudicium ante le-
gationem erat ceptum.Secundo licet dictum priuilegium eximat
quem a iuriſditione iudicis vniuerſalis non eximit quin cogatur
de hoc de quo agitur coram ſuo iudice reſpondere ordinario. alias
ſi ſe non defendat patietur miſſionem in poſſeſſioneʒ:et alia graua
mina contumacie antequam tñ fiat miſſio cognati ꝛ alij amici ſunt
vocandi.ff.ex qui.ca.ma.l.item ait pretor.§.ſi.ꝛ.l.ſeq.C.de reſti.mi.
l.ignorare de hac materia.v.qđ.ij.c.j.in ſpecu.de reo.ver.item lega
ti.ꝛ verſi.ſeq.ꝛ an in conſilio prouinciali competat hoc ius reuocan
di domum dicetur.j.de preben.graue.ꝛ vide in Specu.de lega.§.ſu-
pereſt.verſi.porro.xvj.col.

¶De libelli oblatione. Rubrica.

¶Quia rei ad iudicium vocati ſi nō declinant forum petunt libel
lum vt ſciant quid ꝛ qualiter petitur ꝛ ſuper quo debeant reſponde
re.ideo ꝛc.Hoſt.ad materiam.ij.q.viij.per totum.lxxxi.diſtin.maxi-
mianus.Queſtionem quam format hic Innocen.reſeruo.j.c.j.vbi
ponit etiam Hoſtien. Antonius de butrio.

1 ☞Libellum debet actor in ſcriptis porrigere ꝛ ſi agit reali debet
rem exprimere ſi perſonali cauſam.
2 Iudex de facto poteſt ſupplere in his que concernunt fundamen-
tum ꝛ ſolennitatem iudicij ne iudicium fruſtretur.
Idem in his in quibus aliquod intereſſe eſt iudicis.ideʒ in his que
concernunt publicam vtilitatem. nu.8.
3 Libellus eſt de iudicij ſubſtantia.nu.23.etiam in eccleſiaſticis ſiue a
parte vel iudice petatur et debet dari in iudicio licet olim daretur
tantum perſonis illuſtribus qñ de re ardua agitur.nu.9.
4 Habere quis dicitur pre manibus quod habet incontinenti et in
promptu.
5 In ſinodo non eſt iudex ſolus archiepiſcopus ſed tota ſinodus.
6 Libello quando non eſt neceſſaria ſubſcriptio.nu.20.
7 Libellus debet eſſe clarus ꝛ non ambiguus.
9 Libellus in quibus hodie non ſit iudicialiter tradēdus ſed ſufficiat
ſimplex ꝛ ſummaria petitio verbalis.
10 Libello tradito ſi peto tradi mihi vacuam domus poſſeſſionē amo
tis penſionarijs die aſſignata non comparet principalis ſed cōpa-
rent penſionarij dicentes hoc non faciendum ꝛ litem conteſtantur
an valeat conteſtatio.
11 Libellus cui in conſilio ſit principaliter offerendus.
12 Libellus eſt dandus in cauſa ciuili ꝛ criminali.
13 Libellus quid eſt.
14 Libellus quid neceſſario continere debeat.
15 Libellus cui ſit in iudicio offerendus ꝛ per quem debeat offerri.nu
mero.17.
16 Citatio preſentis ad ſententiam audiendam habet vim perempto
rij habeturqꝫ ꝛ ſurrogatur loco monitionis ipſius iudicis.
18 Sententia ſeu proceſſus ſuper libello inepto ꝛ male concepto non
valet.
19 Libellus qualiter dari debeat.
21 Libelli effectus quis ſit.
22 Preſcriptio an interrumpatur per ſolam conteſtationem inutilē
oblato libello.
23 Libelli oblatio ex quo eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij an poſſit
remitti vel obmitti.
1 Ignarus. ¶†Tota rubrica ſummatur ꝑ tria
dicta ſicut tria ſunt capitula. Actor
in ſcriptis libellum porrigere debet hoc primo: et ſi agit
reali debet in eo exprimere rem quam petit ſi agit perſonali:cauſaʒ
debet exprimere.h.d.totus titulus.Prima decre.non diuiditur:qꝛ
2 tota ponit narrationem vnam. ¶†Not.j.qđ in his que concernūt
fundamentum ꝛ ſolennitatem iudicij quibus pretermiſſis iudiciū
redditur nullum vt eſt libelli datio: ſupplet iudex de facto.ad hoc
de iudi.cum tamen.ꝛ vide glo.de elec.c.j.lib.vj.in verbo abſentia.ꝛ
hoc:qꝛ intereſt eius ne iudicium fruſtretur.idem in his in quibus
aliquod intereſſe eſt iudicis:nam intereſt eius vt certam poſſit fer-
re ſententiam.inſti.de ac.§.curare.l.j.ꝛ.ij.C.de ſen.que ſine cer. quā-
3 ti. ¶†Not.ij.inquantuʒ dicimus libellum de ſubſtantia ſi petatur
hoc verum:ſiue petatur a iudice ſiue a parte. ¶No.iij.ar.qđ libell⁹
4 eſt de ſubſtantia:etiam in cauſis eccleſiaſticis. ¶†Nota qđ illud di
citur eſſe pre manibus qđ quis habet in promptu incontinenti ꝛ of
5 ferre poteſt abſqꝫ temporis aliqua intercapedine. ¶†No.ar.qđ in
ſinodo archieps nō eſt iudex ſolus:ſed tota ſinodus ad hoc.xj.q.iij.
6 ſi quis preſbyter.ꝛ.c.ſi quis eps. ¶†No.arg.qđ ſubſcriptio partiū
requiritur in libello:ſed hec ſubſcriptio nō eſt de ſubſtantia ſm Ho
ſtien.porriget enim quis libellum ꝛ tabellio ſubſcribet: ꝛ diem por-
rectionis libelli ꝛ dilationem datam reo.ꝛ ita ſeruatur in auten.de
exhi.reis.§.ſancimus.coll.v.ꝛ huic pe.concor.licet Inno.videatur
7 velle contrarium:ſed ſerua conſuetudinem. ¶†Nota libellum de-
bere eſſe clarum ꝛ non ambiguuʒ:cauendum ergo ex parte rei de ni-
mia generalitate.j.c.proxi.ꝛ de alternatiuis.ff.de iniur.l.pretor edi
xit.§.quo auteʒ pretor.Caue de ſi.i.de dictione ſi:nam conditio eſt
incerta.ff.de condi.inde.l.ſufficit.ꝛ inſti.de verbo.obli.§.ex condi-
tionali.Caue de verbo duplici.de reſcrip.c.ſi.ꝛ de omni dubio ſiue
obſcuritate.de renun.ſuper hoc.de re.du.ſi is qui ducenta.§.cuʒ ita
ꝛ.§.vtrū.j.c.pe.ꝛ ſi.ſm Hoſtiē.ꝛ iunge notata.j.c.ſi.ſuper glo.ij.Io.
8 an. ¶†Oppo.j.qđ iudex nō ſuppleat de facto.C.vt que deſunt ad-
uo.l.j.l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.dic regula eſt in
contra.Fallit quando ſupplet in his que tendunt ad ſolennitatem
iudicij quibus pretermiſſis ſibi illuderetur:qꝛ non valeret iudiciuʒ
ff.de iudi.l.ſi pretor.ꝫ.de alie.iu.mu.cau.c.j.j.vt lit.pen.eccleſia.ꝛ ne
contingat partes vexari inanibus ſumptibus.de dolo.finem.de of-
fi.delega.ſuper queſtionum.§.porro.Item fallit quando ex hoc cō
tingit publicam vtilitatem ledi.ꝫ.de elec.bone.de quo.de poſtu.ꝑ-
la.bone.hic enim poſſet publica vtilitas ledi.Item fallit tertio qñ
eius intereſt:vt quia ſolennitas non tam vtilis eſt parti quā etiam
iudici:vt certam poſſit ferre ſententiam. inſtitu. de actio.§.curare.
9 ¶†Oppo.qđ non ſit offerendus neceſſario libellus.in autē.vt iu-
di.ſine quoquo ſuf.§.neceſſitate.in autē.de man.prin.§.ſi tibi.de re
ſtitu.ſpo.c.j.xj.q.j.ſi quis cum clerico.hic Innocen.ponit regulam
quando libellus exigatur ꝛ ponit ab illa caſus exceptos. Hec ſit re-
gula qđ quamquā olim non daretur niſi perſonis illuſtribus.C.de
digni.l.quoties.lib.xij.ꝛ de prin.agen.in re.l.ſi.li.xij.ff.de priua.de-
lic.l.ſi.hodie tamen regulariter omnibus vocatis ad officium:et in
omni cauſa ciuili ꝛ criminali quandocūqꝫ cauſa agitatur inter par-
tes libellus requiritur:ꝛ ideo in interdicto exigitur qđ inter duos
redditur.inſtitu.de interdic.§.ſunt autem.ꝛ quando officium iudi-
cis quod loco actionis ſubrogatur.de offi.iud.c.ſi.ꝛ vbi cautio dam
ni infecti petitur.ff.de damno infecto.l.iij.§.quoties.et vtilis eſt et
neceſſarius reo vt ſciat an velit cedere vel contendere.iij.q.iij.offera
tur. ¶Fallit in aliquibus caſibus certis ꝛ in aliquibus eſt dubium
an debeat offerri.Primus caſus dubius eſt an in denuntiatione et
inquiſitione exigatur libellus.Quidam dicunt quod ſic:alij dicunt
contra:ꝛ huic vlti.adheret.Innocen.in alia parte:quia lis non con
teſtatur per caſum quem ponam infra in.v.caſu. Hoſtiē.dicit quod
ſi inquiſitio fiat ex officio non debet dari libellus:quia non eſt qui
offerat.Sed loco libelli dantur capitula de quibus pars eſt inqui-
renda.de accu.qualiter ꝛ quando.§.debet . In denuntiatione vero
poteſt ꝛ debet offerri ſicut in accuſatione:quod intellige de canoni-
ca.infra de accu.qualiter ꝛ quando ꝛ ſupra de iudi.nouit.Ad hoc al
legat Hoſtien.de accuſa.licet.ꝛ.c.veniens.ꝛ.c.cum dilectus.ꝛ capi.
qualiter.ꝛ.c.prelatorum.Fallit ſecundo in re celeritatem deſideran-
te propter quod eſt opi.An in cautione damni infecti ſit offerēdus
libellus.et aliqui quod ſic:vt in.l.j.ff.de damno infecto.ꝛ in.l.iij.§.
quoties.Hoſtien.dicit hoc arbitrarium prout iudex viderit ex cau-
ſa id accelerandum vel protelandum.ff.de damno infec.l.iij.§.quo-
ti.ff.de fer.l.j.§.fina.ꝛ.l.ij.Fallit.iij.et hec ſit vna regula quando con
tra neminem ſpecialiter agitur:ꝛ nullus cōtradictor apparet :quia
non eſt offerendus libellus.quia nec eſt cui offeratur.in auten.offe-
ratur.de lit.conteſta.in auten.ſi omnes.C.ſi vt ſe.ab here.abſti. Fal
lit.iiij.quando partes in hoc conueniunt vt nō in figura iudicij pro
cedat:ſed de plano iudex veritatem audiat ꝛ inquirat.que reperit ꝛ
dicat:ꝛ ordinet:quod vult.ſic dicit intelligendum caſum ex quo ſu-
mitur hec regula.C.de priuile.ſchola.quoties.in fine libro.xij.ſecū-
dum Hoſtien.ille tex.videtur exigere duo. Quia negotium ſit vile.
Et quod partes conſentiant : ſed hodie ſi eſſet vile non exigeretur
partium conſenſus:vt in auten.niſi breuiores.C.de ſenten.ex peri-
re.immo plus dicit ille text.quod nedum ſine libello tunc poterit.
procedi:ſed etiam ſine aliqua ſcriptura actorum: et ſic habes quod

partes poſſunt facere quod procedatur ſine actis quod no. ¶ Iteꝫ
no. hoc dictum qꝛ aperte vult hic Hoſti. quod etiam aliter quaꝫ via
compꝛomiſſi partes poſſunt iudici conſentire vt procedat ⁊ ſenten-
tiat quomodo velit. allegat etiam pro his in auten. vt diffe. iudi. §.
ſi vero contingerit. coll. ix. Hec autem dicit, vera quando volendo
tollere oꝛdinem iudiciariuꝫ paciſcitur vt procedatur ſine ſtrepitu ⁊
ſummarie: ſed ſi ſolum paciſcerentur vt in plenario ſolennitates iu
dicij non ſeruarentur hic non poſſent: quia hoc eſt contra ſubſtan-
tiam. alleg. quod no. de re iudi. c. fina. libro. vi. vbi idem not. plena
glo. ⁊ quia iuri ſolennitatem exigenti non poteſt renuntiare vt dixi
de foꝛo competen. ſi diligenti. de quo vide per glo. ij. q. j. in primis. ⁊
glo. de offi. delega. de cauſis. ⁊ vide Goffre. in ſum. de lit. cōteſt. Bu-
triga. tamen ⁊ Bar. in. l. j. C. de lit. conteſta. fatentur quo ad libelluꝫ
quod partes poſſint illi renuntiare: ſed quoniam debet qualē qua-
lem petitionem: etiam in ſummarijs non poſſent renuntiare: quia
hoc concernit commodum non tantum partium: ſed iudicis vt cer-
tam poſſit ferre ſententiaꝫ. Hanc opi. late proſequitur ⁊ tenet Spe
cu. in titu. de libel. concep. §. nunc dicenduꝫ. verſicu. ix. Requiritur
tamen vt valeat proceſſus qđ pactum ſit expreſſum quaſi tacitum
non ſufficiant. ⁊ hoc dicit ibi Ioan. an. poſt Ia. de bel. de quo in au
ten. generaliter. C. de epiſco. ⁊ cle. ⁊ Bar. in auten. offeratur. hoc te-
net: quia legibus de ſolennitatibus loquentibus non poteſt renū-
tiari. ff. de lega. j. l. nemo poteſt. idem ſpe. in titu. de ſenten. pꝛola. §.
vtrum autem. ver. quid ſi de partium. Econuerſo nota vbi eſſet pro
cedendum ex natura cauſe oꝛdine iuris non obſeruato: ſi partes pa
ciſcerētur vt procedatur oꝛdine iuris obſeruato valeret pactum: qꝛ
pactum plus operatur reducendo rem ad pꝛopꝛiam naturaꝫ. xxxv.
diſtin. ab exoꝛdio. vt patet. ff. de pac. ſi vnꝰ. §. pactus. ⁊ hoc dicit gl.
in cle. ſi. de verbo. ſigni. in glo. ſi. quam gl. no. Nec ob. quod quotidie
conueniant partes vt arbiter procedat ſine libello ⁊ alijs ſubſtātia-
libus: quia hoc fieri poteſt: cum tunc videatur proceſſus ſummariꝰ:
⁊ quia ſicut in datione poteſtatis ſuperioꝛ poteſt imponere iudici
vt ſic procedat: ita ⁊ in datione notionis arbitri ſecūdum Barto. in
auten. offeratur. Quintus caſus ex quo ſumitur vna regula: qꝛ non
exigitur libellus vbi non eſt neceſſaria lit. cōteſta. ⁊ ſic vbicunqꝫ ad
ſententiam poteſt procedi lit. non conteſta. qui caſus habetur vt li-
te non conte. quoniam. per totam decre. ⁊ ibi glo. enumerat in prin
ci. ſunt ⁊ alij. Hanc regulam ponit ſpe. loco pꝛeall. verſic. xlix. per qđ
concludit hic Inno. non neceſſariam lit. conte. nec libellum in cau-
ſa inquiſitionis de quo dixi ſupra. Sextus caſus quando cauſe ſunt
viles ⁊ paruiſſime in auten. niſi bꝛeuioꝛes. C. de ſentē. ex peri. re. ibi
quod etiam poteſt agitari ⁊ de agitatis creditur verbo iudicis. Se
ptimus quando agricultoꝛes et pauperes ſunt litigantes maxime
quando ex longinquo veniunt. in auten. de man. pꝛin. §. ſint tibi. in
auten. de queſto. col. vi. ⁊ de reſtitu. ſpol. c. j. §. ſit tibi. vbi hoc colligi
tur: ſtat litera ſi cauſa ſit vilis quia modice ſumme et vilium: tenet
ergo glo. ibi quod vilium exponatur ſcilicet perſonarum ⁊ nō ſciliꝫ
rerum. aliqui habent verbum ſcilicet perſonarum ⁊ habent alterna
tiuam modice ſumme vel vilium perſonarum: ⁊ tunc pꝛobaret hoc.
hunc ſenſum tamen ſequitur Guil. in Spe. de libel. concep. §. nunc
dicendum. verſicu. ij. ⁊ ibi Ioan. and. in addi. ⁊ dicit ibi quod que di
catur cauſa vilis inſpiciat qualitas perſonarum ⁊ cauſe. ff. de tranſ.
cum hi. §. perſonarum. de vſu ⁊ habi. l. plenuꝫ. §. j. ⁊ pꝛo vilibus per-
ſonis alleg. C. de inceſt. nup. l. humiles. ⁊ vilis in dubio ⁊ leuis iudi-
catur cauſa ruſticoꝛum. C. de defen. ciuita. vtili. Octauus quando
epiſcopus inter ſuos clericos litigat. xi. q. j. ſi quis cuꝫ clerico. quod
quidam dicunt ſpeciale. Alij dicunt idem. vide legato cognoſcente
inter clericos. quia non occurrit diuerſitatis ratio. de conſtitu. trāſ
lato. quod placet Innocen. ⁊ Guil. in ſpe. eo. tit. §. nunc dicendum.
verſicu. ſed nunquid. Hoſtien. dicit hoc eſſe contra tex. hic ideo in-
tellige illud quando bꝛeues ſunt lites. vel quando pꝛocedit ex offi-
cio vt dicetur infra. ⁊ idem tenet Spe. ibi in all. de pꝛoba. quoniam
contra. vel loquitur quando queſtio eſt cū epiſcopo. Nonus in cau-
ſa ſindicatus indicit in auten. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſi-
tatem. coll. ij. ⁊. C. vt omnes tam ciui. quam mili. cauſa. l. i. Decimꝰ
quando agitur de beneficijs autoꝛitate apoſtolica obtinendis ſe-
cundum aliquos. de eta. ⁊ quali. accepimus. ¶ Nota in cauſa bene
ficiali non eſt dandus libellus ⁊ hoc planum etiam in quacunqꝫ cau
ſa ⁊ coꝛam quocunqꝫ iudice: vt in cle. diſpendioſam. de iudi. iuncta
cle. ſi. de verbo. ſigni. in cle. Unde ſit pꝛo regula quod in omnibꝰ cau
ſis ſummarijs libellus nō eſt de ſubſtantia. ideo nec in vſuris: nec in
matrimoniali cauſa nec in beneficiali exigitur libellus hodie vt ibi
quod in matrimoniali etiam tenebat hic Innocen. alleg. de clauſu
la. deſpon. cum inhibitio. ⁊ de teſti. albericus. ⁊ hanc regulam ponit
ſpecu. in titu. de li. concep. §. nunc dicendum. ver. j. all. de accu. olim.
C. de naufra. l. ſi. de ſtatu mona. ea que. §. quod ſi. ⁊ idem hic Innoc.
alleg. ff. ad exhi. l. ij. ⁊ l. iij. §. ibidem. ff. vt in poſ. lega. l. is a quo. ff. de
carbo. edi. l. iij. §. cauſe. de ven. in poſſeſ. mit. l. j. §. ſi ea. ff. de lib. agno
ſcen. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. Exigitur tamen qualis qua-
lis petitio. vt dicit Bu. in auten. offeratur. C. de lit. conteſta. qꝛ ſen-
tentia ferri debet: ⁊ diffinitiua in ſummarijs que ex petitione debet

foꝛmari. l. ij. de ſenten. ex peri. reci. ad hoc clemen. ſi. de verbo. ſignifi.
dicit tamen quod non eſt poꝛrigenda de neceſſitate parti: ſed ſuffi-
cit facultas ſumendi ab actis. Undecimus caſus quādo petitur exe
cutio alicuius remedij litis deciſoꝛij vt tranſactionis ſententie ⁊ cō
poſitionis: tunc non eſt neceſſarius libellus. ⁊ hoc ne lites ex litibꝰ
oꝛiantur. C. de ſi. inſtru. l. ſi. ad ſi. C. de fruc. ⁊ lit. expen. l. ſi. de lit. con-
teſta. c. j. lib. vj. per que dicit quod quando adiudicatur eccleſia cum
pertinentijs. pertinentie pꝛobantur abſqꝫ libello. vt no. j. de reſtitu.
ſpolia. cum ad ſedem. circa pꝛin. Glo. dicit qđ neceſſarius non eſt li-
bellus. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. ⁊. l. minoꝛ annis cui fidei-
com. ff. de mino. Hoſtien. ⁊ Innocen. de excep. cuꝫ venerabilis. ſen-
tiunt contrarium: quia vel actione in factum agitur vel iudicis offi
cio quod ſubꝛogatur loco actionis agitur quo caſu libellus exigit.
de offi. iudi. c. iij. ⁊ hoc tenuit Homobonus cremo. archidia. tenuit
pꝛimum qđ quomodocunqꝫ agatur non eſt neceſſarius libellus. ⁊ di
cit qđ hoc ſeruatur vt ſit finis litium. C. de fruc. ⁊ lit. expē. l. termina
to. ⁊ tenet hoc in. c. ſicut ſine iudicio. ij. q. j. all. de pe. di. j. adam. ſpec.
in titu. de execu. ſen. §. qualiter. in pꝛin. dicit qđ ſi agatur actione in
factum exigitur libellus. vt. l. edita. C. de eden. Si agitur officio iu-
di. non exigitur libellus. l. a diuo. ff. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. quā
ſententiam ſequitur Bar. in. l. intra dies. ff. de re iud. al. l. cuꝫ antea.
C. de arbi. ⁊. l. j. C. de eden. ⁊ pꝛo. ſi. all. l. Item veniunt. §. idem recte.
ff. de peti. here. Recitat tamen ibi diuerſas opin. ⁊ ibi in hoc rema-
net qđ ſi coꝛam eodem iudice petitur executio: ⁊ per eundem iudicē
per quem eſt lata poſſet agi officio iudicis ⁊ non exigatur lit. conte
ſta. ſi coꝛam iudice ſubꝛogato. vel diuerſo vel per alium quā per quē
eſt lata: tunc dicit neceſſarium agi actione iudicati. ⁊ exigitur libel-
li oblatio: dicit tamen qđ non procedetur cum magna ſolennitate
⁊ in ſe. §. proſequitur quid de interlocutoꝛijs: an pariant actioneꝫ in
factum: ⁊ an vbi agitur actione in factum pꝛo executione poſſit ap-
pellari et tenet qđ non: niſi vbi all. poſſet ſi officio iudicis ageretur
ſecundum Bar. Spe. in titu. de libel. concep. §. nunc dicenduꝫ. verſ.
xxv. allegationibus factis hinc ⁊ inde ⁊ multis recitatis opinioni-
bus antiquoꝛum reſidet in cōcluſione: an petatur executio iudicis
officio directa contra iudicem petitione ⁊ nullo apparente contra-
dictoꝛe non eſt dandus libellus. ff. de mino. l. minoꝛ. xxv. annis. Si
contra condemnatum petatur ⁊ reus comparet dicens ſententiam
nullam dandus eſt libellus. Idem ſi aliud opponat cōtra executio
nem quod poteſt. l. ⁊ ſi pꝛetoꝛ. §. marcellus. ff. de iudi. ⁊ refert Io. an.
quod opi. fuit Azo. ¶ Concludo quod ſi petatur executio coꝛam
iudice qui iudicauit: quia ſibi notum ⁊ notoꝛium eſt de partium iu
ſtitia. de reſcri. ab excommunicato ſi ſit idem contradictoꝛ: ſiue peta
tur actione in factum: ſiue petatur iudicis officio: maxime quia cau
ſa eſt ſummaria non exigitur libellus ⁊ ſufficit vt ibi dicit Ioā. an.
ſententia pro libello ſicut alias reſcriptum in talibus ſufficit pꝛo li-
bello. vt no. de elec. dudum. ij. ſuper verbo conteſtationem. ⁊ in bene
ficialibus procedente executoꝛe. vt no. Archi. iij. qđ. iij. offeratur. ad
hoc. C. de re iudi. l. j. Si apparet nouus ꝯtradictoꝛ adhuc dico libel
lum nō eſſe neceſſarium. ſed ſufficit qualis qualis petitio: qꝛ negari
non poteſt hanc cauſam ſummarie tractandam. vt. l. a diuo pio. §.
ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. ⁊ in talibꝰ exigitur libellus vt dixi ſupꝛa
ad hoc quod no. in clemen. de verbo. ſignifica. ſepe. §. j. in ſi. j. magne
glo. ⁊. §. verum. Si nullum eſt contradictoꝛ procedit ſine aliqua pe-
titione: ſed ſufficit poſt ſcripta apud acta: ſi petitur executio coꝛam
alio iudice quam qui pꝛonuntiauit ⁊ nullus apparet contradictoꝛ
idem quia nulla exigitur petitio ſi apparet contradictoꝛ. Idem et
dato quod agatur actione in factum adhuc non credo neceſſarium
libellum pꝛopter ſummarietateꝫ cauſe: ſed ſufficit qualis qualis pe
titio. et per hoc apparet quod quo ad libellum dandum non eſt dif
ferentia an agatur coꝛam eodem iudice: an coꝛam diuerſo an in fa-
ctum an officio iudicis ⁊ quo ad pꝛimum. idem dicit Ioannes an-
dree. in addi. ſpecu. in loco pꝛeallega. Duodecimus caſus quando
litigatur inter religioſos. de his que ad religionem pertinent. de re
gula. capitu. fina. de appella. repꝛehenſibilis. Tredecimus ſi cōſue-
tudo habet quod non detur libellus: quia in his que circa iudiciuꝫ
verſantur valet conſuetudo. C. de priuile. ſchola. l. quot. libꝛo. xij. et
de eo qui mitti. in poſſeſ. c. iij. §. fina. idem Specu. loco pꝛeallegato.
verſicu. xxj. all. l. ſi. de priuilegio ſcho. ⁊. C. eodem. lib. de aureo. coꝛo.
lege pꝛima. et de priuil. eo. l. ij. in fine. C. de iur. ſiſ. l. penulti. de excu.
mu. l. maximarum. de metal. l. ſecunda. libꝛo. xi. de pꝛepo. ſacro. ſcri.
l. vnicuiqꝫ. C. de iu. reipu. l. publici. lib. xi. de exco. ⁊ tranſ. mili. anno.
lege pꝛima. de diuer. offi. et appari. eo. l. penul. libꝛo. xij. ⁊ fuit hoc di
ctum Iaco. de bel. vt refert ibi Ioannes andree. Quartuſdecimus
quando factum pꝛoponitur coꝛam papa: quia coꝛam eo non eſt ne
ceſſarius libellus. de quo not. de lit. conteſt. capitulo pꝛimo. Quin
tuſdecimus quando iudex procedit pꝛopꝛio motu et ex officio ſub
quo plures caſus compꝛehenduntur de quibus qui filij ſint legitimi
latoꝛ. de officio iudicis capitu. pꝛimo ⁊ ſecundo. de iureiurando. ad
noſtram. ij. ⁊ capitu. ſicut nobis: vnde ſi quis miſſus ſit in poſſeſſio-
nem ſeu mitti iuſſus facienda eſt executio abſqꝫ libello. ff. ne vis ſi.
ei. l. iij. pꝛimo reſpon. Idem videtur vbi iam confirmatus vel inſti-
tutus de

tutus de aliqua eccleſia prohibetur poſſeſſionem nanciſci.j.de ap.
conſtitutus.in fi.de conceſ.preben.poſt electionem.§.fi.de quo no.
j.de accuſa.accedens.idem in operis noui nuntiatione que fit ver-
bo ⁊ facto in preſentia ⁊ in abſentia.ff.de no.ope.nun.l.de pupillo.
§.nuntiare.⁊.l.operis.ſed in proſecutione bene neceſſarius eſt libel
lus quando petitur remiſſio renuntiationis ⁊ in ſum.de no.oper.
nun.§.qualiter fiat.⁊.§.qualiter tollatur de quo in ſpe.preall.§.ver
ſicu.xxxiij.ibi:ſed nunquid in noui operis nuntia.⁊ ibi Jo.and.in
addi.ſpe.ſub hoc cōprehenditur quādo dioce.petit certificari de be
neficijs min⁹ canonice obtētis:ſiue ſine ſui licentia vel vacatiōe diuti
na vel aliquibus exceſſibus que dioceſanus ex officio habet corrige
re qđ dic vt no.de cle.pere.c.fi.vt eccle.be.c.vno.de ſimo.licet heli.đ
procura.ex conqueſtione.de offi.or.ordinarij.lib.vj.⁊ in regula bñfi
cium.de reg.iur.co.li. Sexdecimus in cauſa ſpirituali.de quo đ do
lo ⁊ contu.c.ij.⁊ hoc:qꝛ ſummariā exigit cognitionē ⁊ ſic adaptatur
ad decimum caſum. ¶ Ho.bene qđ cleri.diſpendioſam non ſic late
loquitur in quibuſcunq; cauſis ſpiritualibus.Xvij.in notorijs.ij.q.
j.de manifeſta.j.de accuſati.euidentia.de iureiuran.ad noſtram.iij.
Xviij.quando a parte imploratur officium iudicis:qꝛ petitur alicu
ius cōfirmatio miſſio ex edicto diui adri.vel carb.vel nomine neu-
trius:vel petit ſibi dari bonorum poſſeſ.cōtratab.vel ſcđm tabulas
vel aperiri teſtamentū:vel ne quid fiat in loco publico:an tūc exiga
tur libell⁹.Inno.hic latius ſpe.loco prealleg.ver.viij.dic ſi in modū
denuntiationis iudicis officium imploratur:qꝛ excitatur iudex:vt
ſuper maleficijs procedat denuntiando aliqua:non tamen denūtia
tionem intendit proſequi:ſed excitare officium vt procedat .vt.C.
de accu.ea quidem.vel in caſu.c.ad noſtram.ij.de iureiuran.vel ſub
alijs verbis poſtulatur a ſolo iudice ex mero officio et libertate ſui
officij:⁊ ſic contra neminem agitur nec apparet contradictor nō eſt
neceſſarius libellus.C.de accu.l.ea quidem.iiij.q.iiij.§.aliquando.
de offi.or.c.j.nec ob.qđ dixi.ſ.in.j.caſu circa denuntiationē:qꝛ ha
bes illum intelligere:quando denuntians ꝓſequi intendebat ſi ꝓ-
ponitur in modum actionis vt mihi ſubueniatur contra aliquē vel
ſub alijs verbis dirigitur contra certam perſonā:a qua aliquid da
ri vel fieri petitur aliquid reſcindi ab aduerſario in via agēdi vel ſpe
cialis apparet cōtradictor dandus eſt libellus ſupra de ele. dudum
j.⁊.ij.j.de teſta.cum olim.ff.de no.ope.nun.l.fi.quemadmodū teſta.
aperi.l.ij.vel.iij.§.fi.⁊.C.eo.l.j.ſm Inno.de offi.iudi.c.fi.iij.q.iij.of-
feratur:qđ dicit verum Bu.quando exigitur plena cognitio:ſecus
ſi ſummaria:qꝛ ſufficit qualis qualis petitio apđ acta:nec parti de-
bet offerri:ſed ſufficit qđ det facultas copiam recipiendi apud acta
vt no.in autē.offeratur.C.de lit.cōteſt.all.l.j.§.cum patronus.ff. de
offi.prefec.vrb.⁊.l.ſi quis a liberis.§.meminiſſe.ff.de libe.agno.l.fi.
de his qui ſunt ſui vel ali.iu.Si imploraret incidenter vt deſeruiēs
actioni vel in modum excipiendi vel replicandi:⁊ nō eſt dandus.ff.
de inoffi.teſt.l.pap.§.ſi filius.ff.de mino.l.verum.§.fi.ff.ex qui.cau.
ma.l.necnon.§.fi.de iureiur.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi minor.C.depoſi.l.ſi
depoſita.de edil.edic.l.ediles.§.item ſciendum.de aqua plu.arcē.l.
ſi titius.§.officium.Eadem verba ponit Bu.in.l.nec quicꝗ.§.vbi
decretum.ff.de offi.proconſu.⁊ ibi plenius per Bar.per quā potes
ſupplere hic ſcripta.⁊ vide per Bu.in.l.j.de interrog.acti.Et faciūt
hec ad.q.de creditore qui pactus eſt qđ ſua autoritate poſſeſſionē
ingredi poſſit.an ſi contradicat debitor ſit offerendus libellus dicit
Jo.an.in loco prealle.ſuper ver.ix.qđ Jaco.de bel.ſuper illa.l.credi
tores tenuit libellum offerendum:ſi poſſeſſor vocatus reſiſtat dicen
do creditori ſolutum vel aliquid ſimile.Plures alios caſus vide in
ſpe.de libel.concep.per totum.§.nunc dicendum.per hec dicit Jo.
an.qđ miſſio in poſſeſſionem expeditur ſine libello:qꝛ officium eſt
deſeruiens actioni intentate ⁊ ſic mercenarium:tum qꝛ fit ad defen-
ſionem iuriſditionis iudicis contra contumaciam partis que noto
ria eſt.vt lit.non conte.quoniam.§.fi.dicit tamen Hoſtiē.meli⁹ eſſe
in his etiam caſibus qđ iudici ſcriptura offeratur in qua contineat
quis:⁊ quid:⁊ quare petat vt pronuntiatio iudicis certior habeatur
inſti.de ac.§.curare.de verbo.ſigni.dilecto.ſm Hoſti.Alium caſū
ponit glo.in auten.offerat.vt in caſibus in quibus non exigit ſen-
10 tentia in ſcriptis ſufficit libellus ſine ſcriptis.¶ †Quero peto tra-
di mihi vacuam poſſeſſionem domus amotis penſionarijs :die aſ-
ſignata non comparet principalis:ſed comparent penſionarij di-
centes hoc non faciendum ⁊ conteſtantur litem:an valeat talis con
teſtatio.Inno.ſuper rubrica.⁊ Hoſtiē.hic concludunt qđ ſi penſio-
narij habent cauſam ab eo contra quem principaliter eſt porrectus
libellus qđ valebit conteſtatio:eo qꝛ ⁊ porrectus videtur contra ha-
bentes cauſam ab eo ⁊ poteſt comparere:⁊ cauſā ſuam iuuare.ff.đ
appel.l.ab executore.C.de litigio.auten.nunc ſi heres.j.de re iudic.
cum ſuper.immo ſibi preiudicatur ſi non ſe defendat.⁊ ſi de re iudi.
quāuis.ff.e.l.ſepe.ſic intelligitur.de fi.preſ by.veniēs ad hoc quod
nota.de re iudi.ſepe.vbi etiam concludo quod ſi non eſſent apposi-
ta iſta verba amotis penſionarijs poſſent comparere ⁊ ſe defendere:
ſuper libello porrecto contra principalem a quo habuit cauſam ſu-
per illo libello ad eorum incommodum ⁊ commodū poſſet ꝓnun
tiari:ſi non habent penſionarij cauſam eo contra quem principali-
ter agitur:tunc dicunt non valere conteſtationem ⁊ hoc:quia pēſio
nario non eſt oblatus libellus.iij.q.iij.offeratur.nec oblatus cenſe-
tur:tum quia non ſunt cōueniendi duo reſpectu diuerſi iuris in eo-
dem libello.Hec vera ſunt inquantū dicit ſententiari poſſe contra
penſionarios:ſi penſionarij comparuerint et ſe defenderint.Sed ſi
non comparuerint ⁊ maxime ſi fuerint ignorantes non ſentētiabi
tur contra eos:ſed principalis ſententia dictanda erit tantum con
tra principalem ⁊ non contra eos ⁊ dictabitur ad intereſſe propter
ibi poſitos.hoc dicit Inno.de ſepul.certificari.in glo.fi.in fi.ꝑ que
dicit ſi agatur contra inſtituentem:⁊ petitur ei ius non eſſe inſtituē
di declarari ⁊ inſtitutos per eum amoueri:non promulgabitur ſen
tentia contra inſtitutos vt amoueantur:ſed damnabitur ad inter-
eſſe eius quod intereſt actoris eos nō fuiſſe inſtitutos.ff.de dolo.l.
11 arbitro.de ſenten.excom.ſacro.que no. ¶ †Quero in conſilio cui
principaliter ſit libellus offerendus hoc eſt quis ſit ibi principalis
iudex litera probat quod ſinodus eſt principalis iudex ⁊ non archi
epiſcopus in ſinodo exiſtens ſolus ad quod.xj.qđ.iij.vel.iiij.ſi quis
preſ byter.⁊.c.ſi quis epiſcopus.de preben.graue.Nam archiepiſco
pus ⁊ ſuffraganei ſimul in concilio congregati ſunt iudices.Archi-
eꝑs tamen tanꝗ caput in conſilio de cōcilio ⁊ conſenſu ſuffraganeo
rum vel maioris partis pronuntiare debet.de accuſat.ſicut olim.et
melius de tempo.ordi.ſi archiepiſcopus.⁊.c.nec epiſcopi.cum con-
cor.de his que fiunt a maio.parte capi.c.fina.Sinodo ergo porrigi
tur libellus ⁊ archiepiſcopo tanquam capiti ⁊ ſuffraganeis tanquā
comitibus: et libello ſic oblato ſinodus illum porrigit aduerſario
ſcilicet reo.C.de epiſco.⁊ cler.generaliter.ſic exponitur.iij.q.iij.offe
12 ratur ſecundum Hoſtien. ¶ †Uenio ad glo.que arguit literam de
ſuperfluitate:ibi reclamationis vel poſtulationis.dicit quod libel
lus eſt poſtulationis.id eſt qui datur ⁊ dari debet in ciuili ⁊ reclama
tionis in criminali in vtraq; cauſa dandus eſt libellus.glo.alleg.iu-
ra.idem Goffre.Quid autē libellus accuſationis continere debeat
13 patet ex no.iij.q.viij.libellorum.⁊ de procurato.tue. ¶ †Quero.ij.
quid eſt libellus.Glo.dicit quod eſt breuis ſcriptura in qua contine
tur res que petitur ⁊ cauſa petendi nomen actoris ⁊ rei.vt infra eo.
per totum.Cyn.dicit in auten.offeratur quod eſt breuis ſcriptura
claram continens actoris ſiue accuſatoris intentionem breuis.C.
de tempo.appella.l.ampliorem.§.in refutatorijs ſcriptura:quia in
ſcriptis tradi debet.vt in auten.offeratur clara.vt in.c.ſeq.et hic.et
ff.de iure fiſ.l.ita fideicommiſſum.⁊.d.§.in refutatorijs.cautius di-
xit quam ſpecu.qui dixit quod eſt breuis membrana:nam etiam in
non membranis porrigitur libellus:⁊ vtimur hic quod in bomba-
cinis ſecundum Joan.and.ibi membrana enim eſt de membris ani
malium ſumpta ⁊ vnde dicatur libellus:quia a libro vel libra.id eſt
14 iuſtitia vide in ſpecu.de libel.concep.§.j.in princi. ¶ †Quid autē
continere debeat libellus dicit Hoſtien.hic quod ſufficit de appro-
bata conſuetudine quod appareat quis petit a quo et quid et qua-
re ⁊ coram quo vt in hoc titu.et ſupra de electio.querelam.⁊ de pro-
cura.procuratorem.Et ponit hic verſus quos etiam ponebat Uin
cen.de quibus non curo.Cuius nomine autem formandus ſit libel
lus.dic quod proprio niſi res ad alium expectet per que dicebat hic
Uincen.Tancre.et Phi.quod libellus per prelatum dirigendus
erat nomine eccleſie.C.de epiſco.⁊ cleri.auten.ſed hodie.⁊.l.omnis.
nomine ſuo petere non poteſt cum nullam habeat actionem vtilē
vel directam.ff.de rei vendi.l.in rem actio.§.j.vide de hac materia.
de dila.litere.⁊ vide de probatio.ex literis.⁊ no.hic quod non dici-
tur prelatus dominus rerum eccleſie:ita quod habeat aliquam in
rem actionē vtilem vel directam.et ſic non eſt etiā vſufructuarius.
15 de quo dic vt de cauſa poſſeſ.cū ſuper.⁊.c.in literis. ¶ †Quero ſe-
cundo cui ſit offerendus libellus.Glo.dicit quod iudici.⁊ quod per
ipſum reo.Innocen.dicit quod iudici porrigitur libellus ad caute-
lam non de neceſſitate : quia poteſt offerri parti.iij.qđ.iij.offeratur.
Specu.tenet primum in ſpe.eo.titu.§.reſtat.in princi.quia vna co-
pia debet eſſe apud iudicem.alia reo dari debet.de proba.quoniam
contra falſam.⁊ dicit hic Joan.and.quod ſufficit ipſum caſu veniſ-
ſe:licet citatus non fuerit.alleg.dictum Spe.de lib.concep.§.ſequi-
tur.in fi.Idem dicit Joan.and.de elec.c.fi.lib.vj.vbi ſpecu.vbi.ſ.di
cit quod dictum eſt.all.illud Ubi te inuenero ⁊c.ij.q.j.in primis.C.
vbi de cri.agi opor.autē.qua in prouincia.Credo quod recipere de-
bet:ſed non cogitur reſpondere ſi venit indeliberatus.vt dixi de in
di.c.j.per hoc dicit Joan.and.in addi.ſpe.titu.de ſen.prola.§.cum
autem.ver.⁊ no.qđ ſententia lata contra preſentem non citatū :vel
non citatum peremptorie valet ⁊ allegat iura de citato conſenſu :⁊
dicit hoc dixiſſe Gui.de ſuz.dicit tamen ſe feciſſe ſeruari qđ ſaltem
16 vna vice citetur ad ſententiam audiendam. ¶ †Nota bene hoc di-
ctum:qꝛ ſentit quod citatio preſentis ad ſententiam audiendā ha-
beat vim peremptorij:ſꝫ citatio abſentis ad ſententiā non habeat
vim peremptorij.de quo.j.de accu.ad petitionem.ſed pſentis .ideo
quia illa habetur ⁊ ſubrogatur loco monitionis iudicis que habet
vim peremptorij.de quo de accu.ad petitionē.vt.ſ.de offi.dele.con
17 ſuluit.⁊.l.ij.C.quomodo ⁊ quando iu.dixi hoc plene de iudi.c.j.†et
queſtionem hanc cui debeat offerri libellus late proſequitur Gloſ.

partes poſſunt facere quod procedatur ſine actis quod no. ¶ Item
no. hoc dictum q2 aperte vult hic Hoſti. quod etiam aliter quam via
compromiſſi partes poſſunt iudici conſentire vt procedat z ſenten-
tiat quomodo velit. allegat etiam pro his in auten. vt diffe. iudi. §.
ſi vero contingerit. coll. ix. Hec autem dicit vera quando volendo
tollere ordinem iudiciarium paciſcitur vt procedatur ſine ſtrepitu z
ſummarie: ſed ſi ſolum paciſcerentur vt in plenario ſolennitates iu
dicij non ſeruarentur hic non poſſent: quia hoc eſt contra ſubſtan-
tiam. alleg. quod no. de re iudi. c. fina. libro .vj. vbi idem not. plena
glo. z quia iuri ſolennitatem exigenti non poteſt renuntiare vt dixi
de foro competen. ſi diligenti. de quo vide per glo. ij. q. j. in primis. z
glo. de offi. delega. de cauſis. z vide Goffre. in ſum. de lit. cõteſt. Bu
triga. tamen z Bar. in. l. j. C. de lit. conteſta. fatentur quod ad libellum
quod partes poſſint illi renuntiare: ſed quoniam debet qualẽ qua-
lem petitionem: etiam in ſummarijs non poſſent renuntiare: quia
hoc concernit commodum non tantum partium: ſed iudicis vt cer-
tam poſſit ferre ſententiam. Hanc opi. late proſequitur z tenet Spe
cu. in titu. de libel. concep. §. nunc dicendum. verſicu. ix. Requiritur
tamen vt valeat proceſſus qđ pactum ſit expreſſum quaſi tacitum
non ſufficiant. z hoc dicit ibi Joan. an. poſt Ja. de bel. de quo in au
ten. generaliter. C. de epiſco. z cle. z Bar. in auten. offeratur. hoc te-
net: quia legibus de ſolennitatibus loquentibus non poteſt renũ-
tiari. ff. de lega. j. l. nemo poteſt. idem ſpe. in titu. de ſenten. prola. §.
vtrum autem. ver. quid ſi de partium. Econuerſo nota vbi eſſet pro
cedendum ex natura cauſe ordine iuris non obſeruato: ſi partes pa
ciſcerẽtur vt procedatur ordine iuris obſeruato valeret pactum: q2
pactum plus operatur reducendo rem ad propriam naturam. xxxv.
diſtin. ab exordio. vt patet. ff. de pac. ſi vn9. §. pactus. z hoc dicit gl.
in cle. ſi. de verbo. ſigni. in glo. ſi. quam gl. no. Nec ob. quod quotidie
conueniant partes vt arbiter procedat ſine libello z alijs ſubſtãtia-
libus: quia hoc fieri poteſt: cum tunc videatur proceſſus ſummari9:
z quia ſicut in datione poteſtatis ſuperior poteſt imponere iudici
vt ſic procedat: ita z in datione notionis arbitri ſecũdum Barto. in
auten. offeratur. Quintus caſus ex quo ſumitur vna regula: q2 non
exigitur libellus vbi non eſt neceſſaria lit. cõteſta. z ſic vbicunq ad
ſententiam poteſt procedi lit. non conteſta. qui caſus habetur vt li-
te non conte. quoniam. per totam decre. z ibi glo. enumerat in prin
ci. ſunt z alij. Hanc regulam ponit ſpe. loco preall. verſic. xlix. per qđ
concludit hic Inno. non neceſſariam lit. conte. nec libellum in cau-
ſa inquiſitionis de quo dixi ſupra. Sextus caſus quando cauſe ſunt
viles z paruiſſime in auten. niſi breuiores. C. de ſentẽ. ex peri. re. ibi
quod etiam poteſt agitari z de agitatis creditur verbo iudicis. Se
ptimus quando agricultores et pauperes ſunt litigantes maxime
quando ex longinquo veniunt. in auten. de man. prin. §. ſint tibi. in
auten. de queſto. col. vj. z de reſtitu. ſpol. c. j. §. ſit tibi. vbi hoc colligi
tur: ſtat litera ſi cauſa ſit vilis quia modice ſumme et vilium: tenet
ergo glo. ibi quod vilium exponatur ſcilicet perſonarum z nõ ſcilicet
rerum. aliqui habent verbum ſcilicet perſonarum z habent alterna
tiuam modice ſumme vel vilium perſonarum: z tunc probaret hoc.
hunc ſenſum tamen ſequitur Guil. in Spe. de libel. concep. §. nunc
dicendum. verſicu. ij. z ibi Joan. and. in addi. z dicit ibi quod que di
catur cauſa vilis inſpiciat qualitas perſonarum z cauſe. ff. de tranſ.
cum hi. §. perſonarum. de vſu z habi. l. plenum. §. j. z pro vilibus per-
ſonis alleg. C. de inceſt. nup. l. humiles. z vilis in dubio z leuis iudi-
catur cauſa ruſticorum. C. de defen. ciuita. vtili. Octauus quando
epiſcopus inter ſuos clericos litigat. xj. q. j. ſi quis cum clerico. quod
quidam dicunt ſpeciale. Alij dicunt idem. vide legato cognoſcente
inter clericos. quia non occurrit diuerſitatis ratio. de conſtitu. trã
lato. quod placet Innocen. z Guil. in ſpe. eo. tit. §. nunc dicendum.
verſicu. ſed nunquid. Hoſtien. dicit hoc eſſe contra tex. hic ideo in-
tellige illud quando breues ſunt lites. vel quando procedit ex offi-
cio vt dicetur infra. z idem tenet Spe. ibi in all. de proba. quoniam
contra. vel loquitur quando queſtio eſt cũ epiſcopo. Nonus in cau-
ſa ſindicatus indicit in auten. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſi-
tatem. coll. ij. z. C. vt omnes tam ciui. quam mili. cauſa. l. j. Decim9
quando agitur de beneficijs autoritate apoſtolica obtinendis ſe-
cundum aliquos. de eta. z quali. accepimus. ¶ Nota in cauſa bene
ficiali non eſt dandus libellus: z hoc planum etiam in quacunq cau
ſa z coram quocunq iudice: vt in cle. diſpendioſam. de iudi. iuncta
cle. ſi. de verbo. ſigni. in cle. Unde ſit pro regula quod in omnib9 cau
ſis ſummarijs libellus nõ eſt de ſubſtantia. ideo nec in vſuris: nec in
matrimoniali cauſa nec in beneficiali exigitur libellus hodie vt ibi
quod in matrimoniali etiam tenebat hic Innocen. alleg. de clauſu
la. deſpon. cum inhibitio. z de teſti. albericus. z hanc regulam ponit
ſpecu. in titu. de li. concep. §. nunc dicendum. ver. j. all. de accu. olim.
C. de naufra. l. ſi. de ſtatu mona. ea que. §. quod ſi. z idem hic Innoc.
alleg. ff. ad exhi. l. ij. z. l. iij. §. ibidem. ff. vt in poſ. lega. l. is a quo. ff. de
carbo. edi. l. iij. §. cauſe. de ven. in poſſeſ. mit. l. j. §. ſi ea. ff. de lib. agno
ſcen. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. Exigitur tamen qualis qua-
lis petitio. vt dicit Bu. in auten. offeratur. C. de lit. conteſta. q2 ſen-
tentia ferri debet: z diffinitiua in ſummarijs que ex petitione debet
formari. l. ij. de ſenten. ex peri. reci. ad hoc clemen. ſi. de verbo. ſignifi.
dicit tamen quod non eſt porrigenda de neceſſitate parti: ſed ſuffi-
cit facultas ſumendi ab actis. Undecimus caſus quãdo petitur exe
cutio alicuius remedij litis deciſorij vt tranſactionis ſententie z cõ
poſitionis: tunc non eſt neceſſarius libellus. z hoc ne lites ex litib9
oriantur. C. de ſi. inſtru. l. ſi. ad ſi. C. de fruc. z lit. expen. l. ſi. de lit. con-
teſta. c. j. lib. vj. per que dicit quod quando adiudicatur eccleſia cum
pertinentijs. pertinentie probantur abſq libello. vt no. j. de reſtitu.
ſpolia. cum ad ſedem. circa prin. Glo. dicit qđ neceſſarius non eſt li-
bellus. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. z. l. minor annis cui fidei-
com. ff. de mino. Hoſtien. z Innocen. de excep. cum venerabilis. ſen-
tiunt contrarium: quia vel actione in factum agitur vel iudicis offi
cio quod ſubrogatur loco actionis agitur quo caſu libellus exigit.
de offi. iudi. c. iij. z hoc tenuit Homobonus cremo. archidia. tenuit
primum qđ quomodocunq agatur non eſt neceſſarius libellus. z di
cit qđ hoc ſeruatur vt ſit finis litium. C. de fruc. z lit. expẽ. l. termina
to. z tenet hoc in. c. ſicut ſine iudicio. ij. q. j. all. de pe. di. j. adam. ſpec.
in titu. de execu. ſen. §. qualiter. in prin. dicit qđ ſi agatur actione in
factum exigitur libellus. vt. l. edita. C. de eden. Si agitur officio iu-
di. non exigitur libellus. l. a diuo. ff. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. quã
ſententiam ſequitur Bar. in. l. intra dies. ff. de re iud. al. l. cum antea.
C. de arbi. z. l. j. C. de eden. z pro. ſi. all. l. Item veniunt. §. idem recte.
ff. de peti. here. Recitat tamen ibi diuerſas opin. z ibi in hoc rema-
net qđ ſi coram eodem iudice petitur executio: z per eundem iudicẽ
per quem eſt lata poſſet agi officio iudicis z non exigatur lit. conte
ſta. ſi coram iudice ſubrogato. vel diuerſo vel per alium quã per quẽ
eſt lata: tunc dicit neceſſarium agi actione iudicati. z exigitur libel-
li oblatio: dicit tamen qđ non procedetur cum magna ſolennitate
z in ſe. §. proſequitur quid de interlocutorijs: an pariant actionem in
factum: z an vbi agitur actione in factum pro executione poſſit ap-
pellari et tenet qđ non: niſi vbi all. poſſet ſi officio iudicis ageretur
ſecundum Bar. Spe. in titu. de libel. concep. §. nunc dicendum. verſ.
xxv. allegationibus factis hinc z inde z multis recitatis opinioni-
bus antiquorum reſidet in cõcluſione: an petatur executio iudicis
officio directa contra iudicem petitione z nullo apparente contra-
dictore non eſt dandus libellus. ff. de mino. l. minor. xxv. annis. Si
contra condemnatum petatur z reus comparet dicens ſententiam
nullam dandus eſt libellus. Idem ſi aliud opponat cõtra executio
nem quod poteſt. l. z ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi. z refert Jo. an.
quod opi. fuit Azo. ¶ Concludo quod ſi petatur executio coram
iudice qui iudicauit: quia ſibi notum z notorium eſt de partium iu
ſtitia. de reſcri. ab excommunicato ſi ſit idem contradictor: ſiue peta
tur actione in factum: ſiue petatur iudicis officio: maxime quia cau
ſa eſt ſummaria non exigitur libellus z ſufficit vt ibi dicit Joã. an.
ſententia pro libello ſicut alias reſcriptum in talibus ſufficit pro li-
bello. vt no. de elec. dudum. ij. ſuper verbo conteſtationem. z in bene
ficialibus procedente executore. vt no. Archi. iij. qđ. iij. offeratur. ad
hoc. C. de re iudi. l. j. Si apparet nouus ↄtradictor adhuc dico libel
lum nõ eſſe neceſſarium. ſed ſufficit qualis qualis petitio: q2 negari
non poteſt hanc cauſam ſummarie tractandam. vt. l. a diuo pio. §.
ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. z in talib9 exigitur libellus vt dixi ſupra
ad hoc quod no. in clemen. de verbo. ſignifica. ſepe. §. j. in ſi. j. magne
glo. z. §. verum. Si nullum eſt contradictor procedit ſine aliqua pe-
titione: ſed ſufficit poſt ſcripta apud acta: ſi petitur executio coram
alio iudice quam qui pronuntiauit z nullus apparet contradictor
idem quia nulla exigitur petitio ſi apparet contradictor. Idem et
dato quod agatur actione in factum adhuc non credo neceſſarium
libellum propter ſummarietatem cauſe: ſed ſufficit qualis qualis pe
titio. et per hoc apparet quod quo ad libellum dandum non eſt dif
ferentia an agatur coram eodem iudice: an coram diuerſo an in fa-
ctum an officio iudicis z quo ad primum. idem dicit Joannes an-
dree. in addi. ſpecu. in loco preallega. Duodecimus caſus quando
litigatur inter religioſos. de his que ad religionem pertinent. de re
gula. capitu. fina. de appella. reprehenſibilis. Tredecimus ſi cõſue-
tudo habet quod non detur libellus: quia in his que circa iudicium
verſantur valet conſuetudo. C. de priuile. ſchola. l. quot. libro. xij. et
de eo qui mitti. in poſſeſ. c. iij. §. fina. idem Specu. loco preallegato.
verſicu. xxj. all. l. ſi. de priuilegio ſcho. z. C. eodem. lib. de aureo. coro.
lege prima. et de priuil. eo. l. ij. in fine. C. de iur. ſiſ. l. penulti. de excu.
mu. l. maximarum. de metal. l. ſecunda. libro. xj. de prepo. ſacro. ſcri.
l. vnicuiq. C. de iu. reipu. l. publici. lib. xj. de exco. z tranſ. mili. anno.
lege prima. de diuer. offi. et appari. eo. l. penul. libro. xij. z fuit hoc di
ctum Jaco. de bel. vt refert ibi Joannes andree. Quartuſdecimus
quando factum proponitur coram papa: quia coram eo non eſt ne
ceſſarius libellus. de quo not. de lit. conteſt. capitulo primo. Quin
tuſdecimus quando iudex procedit proprio motu et ex officio ſub
quo plures caſus comprehenduntur de quibus qui filij ſint legitimi
lator. de officio iudicis capitu. primo z ſecundo. de iureiurando. ad
noſtram. ij. z capitu. ſicut nobis: vnde ſi quis miſſus ſit in poſſeſſio-
nem ſeu mitti iuſſus facienda eſt executio abſq libello. ff. ne vis ſi.
ei. l. iij. primo reſpon. Idem videtur vbi iam confirmatus vel inſti-
tutus de

tutus de aliqua eccleſia pꝛohibetur poſſeſſionem nanciſci.j.de ap.
conſtitutus.in fi.de conceſ.pꝛeben.poſt electionem.§.fi.de quo no.
j.de accuſa.accedens.idem in operis noui nuntiatione que fit ver-
bo ⁊ facto in pꝛeſentia ⁊ in abſentia.ff.de no.ope.nun.l.de pupillo.
§.nuntiare.⁊.l.operis.ſed in pꝛoſecutione bene neceſſarius eſt libel
lus quando petitur remiſſio renuntiationis ⁊ in ſum.de no.oper.
nun.§.qualiter fiat.⁊.§.qualiter tollatur de quo in ſpe.pꝛeall.§.ver
ſicu.xxiij.ibi:ſed nunquid in noui operis nuntia.⁊ ibi Jo.and.in
addi.ſpe.ſub hoc cōpꝛehenditur quādo dioce.petit certificari de be
neficijs min⁹ canonice obtētis:ſiue ſine ſui licentia vel vacatiōe diuti
na vel aliquibus exceſſibus que dioceſanus ex officio habet corrige
re qđ dic vt no.de cle.pere.c.fi.vt eccle.be.c.vno.de ſimo.licet heli.ō
pꝛocura.ex conqueſtione.de offi.oꝛ.oꝛdinarij.lib.vj.⁊ in regula bñfi
cium.de reg.iur.eo.li.Sexdecimus in cauſa ſpiritnali.de quo ō do
lo ⁊ contu.c.ij.⁊ hoc:qꝛ ſummariā exigit cognitionē ⁊ ſic adaptatur
ad decimum caſum. ¶ No.bene qđ cleri.diſpendioſam non ſic late
loquitur in quibuſcunq; cauſis ſpiritualibus.Xvij.in notoꝛijs.ij.q.
j.de manifeſta.j.de accuſati.euidentia.de iureiuran.ad noſtram.iij.
Xviij.quando a parte imploꝛatur officium iudicis:qꝛ petitur alicu
ius cōfirmatio miſſio ex edicto diui adri.vel carb.vel nomine neu-
trius:vel petit ſibi dari bonoꝛum poſſeſ.cōtratab.vel ſcdm tabulas
vel aperiri teſtamentū:vel ne quid fiat in loco publico:an tūc exiga
tur libell⁹.Inno.hic latius ſpe.loco pꝛealleg.ver.viij.dic ſi in modū
denuntiationis iudicis officium imploꝛatur:qꝛ excitatur iudex:vt
ſuper maleficijs procedat denuntiando aliqua:non tamen denūtia
tionem intendit pꝛoſequi:ſed excitare officium vt procedat .vt.C.
de accu.ea quidem.vel in caſu.c.ad noſtram.ij.de iureiuran.vel ſub
alijs verbis poſtulatur a ſolo iudice ex mero officio et libertate ſui
officij:⁊ ſic contra neminem agitur nec apparet contradictoꝛ nō eſt
neceſſarius libellus.C.de accu.l.ea quidem.iiij.q.iiij.§.aliquando.
de offi.oꝛ.c.j.nec ob.qđ dixi.ſ.in.j.caſu circa denuntiationez:qꝛ ha
bes illum intelligere:quando denuntians pſequi intendebat ſi pꝛo-
ponitur in modum actionis vt mihi ſubueniatur contra aliquē vel
ſub alijs verbis dirigitur contra certam perſonaz:a qua aliquid da
ri vel fieri petitur aliquid reſcindi ab aduerſario in via agēdi vel ſpe
cialis apparet cōtradictoꝛ dandus eſt libellus ſupꝛa de ele. dudum
j.⁊.ij.j.de teſta.cum olim.ff.de no.ope.nun.l.fi.quemadmodū teſta.
aperi.l.ij.vel.iij.§.fi.⁊.C.eo.l.j.ſm Inno.de offi.iudi.c.fi.iij.q.iij.of-
feratur:qđ dicit verum Bu.quando exigitur plena cognitio:ſecus
ſi ſummaria:qꝛ ſufficit qualis qualis petitio apđ acta:nec parti de-
bet offerri:ſed ſufficit qđ def facultas copiam recipiendi apud acta
vt no.in autē.offeratur.C.de lit.cōteſt.alſ.l.j.§.cum patronus.ff. de
offi.pꝛefec.vrb.⁊.l.ſi quis a liberis.§.meminiſſe.ff.de libe.agno.l.fi.
de his qui ſunt ſui vel ali.iu.Si imploꝛaref incidenter vt deſeruiēs
actioni vel in modum excipiendi vel replicandi:⁊ nō eſt dandus.ff.
de inoffi.teſt.l.pap.§.ſi filius.ff.de mino.l.verum.§.fi.ff.ex qui.cau.
ma.l.necnon.§.fi.de iureiur.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi minoꝛ.C.depoſi.l.ſi
depoſita.de edil.edic.l.ediles.§.item ſciendum.de aqua plu.arcē.l.
ſi titius.§.officium.Eadem verba ponit Bu.in.l.nec quicq̄.§.vbi
decretum.ff.de offi.pꝛoconſu.⁊ ibi plenius per Bar.per quā potes
ſupplere hic ſcripta.⁊ vide per Bu.in.l.j.de interrog.acti.Et faciūt
hec ad.q.de creditoꝛe qui pactus eſt qđ ſua autoꝛitate poſſeſſionez
ingredi poſſit.an ſi contradicat debitoꝛ ſit offerendus libellus dicit
Jo.an.in loco pꝛealle.ſuper ver.ix.qđ Jaco.de bel.ſuper illa.l.credi
toꝛes tenuit libellum offerendum:ſi poſſeſſoꝛ vocatus reſiſtat dicen
do creditoꝛi ſolutum vel aliquid ſimile.Plures alios caſus vide in
ſpe.de libel.concep.per totum.§.nunc dicendum.per hec dicit Jo.
an.qđ miſſio in poſſeſſionem expeditur ſine libello:qꝛ officium eſt
deſeruiens actioni intentate ⁊ ſic mercenarium:tum qꝛ fit ad defen-
ſionem iuriſditionis iudicis contra contumaciam partis que noto
ria eſt.vt lit.non conte.quoniam.§.fi.dicit tamen Hoſtiē.meli⁹ eſſe
in his etiam caſibus qđ iudici ſcriptura offeratur in qua contineaf
quis:⁊ quid:⁊ quare petat vt pꝛonuntiatio iudicis certioꝛ habeatur
inſti.de ac.§.curare.de verbo.ſigni.dilecto.ſm Hoſti.Alium caſuz
ponit glo.in auten.offeraf.vt in caſibus in quibus non exigif ſen-
10 tentia in ſcriptis ſufficit libellus ſine ſcriptis. ¶ †Quero peto tra-
di mihi vacuam poſſeſſionem domus amotis penſionarijs :die aſ-
ſignata non comparet pꝛincipalis:ſed comparent penſionarij di-
centes hoc non faciendum ⁊ conteſtantur litem:an valeat talis con
teſtatio.Inno.ſuper rubꝛica.⁊ Hoſtiē.hic concludunt qđ ſi penſio-
narij habent cauſam ab eo contra quem pꝛincipaliter eſt poꝛrectus
libellus qđ valebit conteſtatio:eo qꝛ ⁊ poꝛrectus videtur contra ha-
bentes cauſam ab eo ⁊ poteſt comparere:⁊ cauſaz ſuam iuuare.ff.ō
appel.l.ab executoꝛe.C.de litigio.auten.nunc ſi heres.j.de re iudic.
cum ſuper.immo ſibi pꝛeiudicatur ſi non ſe defendat.⁊ ſi de re iudi.
quāuis.ff.e.l.ſepe.ſic intelligitur.de ſi.pꝛeſ byꝛ.veniēs ad hoc quod
nota.de re iudi.ſepe.vbi etiam concludo quod ſi non eſſent appoſi-
ta iſta verba amotis penſionarijs poſſent comparere ⁊ ſe defendere:
ſuper libello poꝛrecto contra pꝛincipalem a quo habuit cauſam ſu-
per illo libello ad eoꝛum incommodum ⁊ commoduz poſſet pnun
tiari:ſi non habent penſionarij cauſam eo contra quem pꝛincipali-
ter agitur:tunc dicunt non valere conteſtationem ⁊ hoc:quia pēſio
nario non eſt oblatus libellus.iij.q.iij.offeratur.nec oblatus cenſe-
tur:tum quia non ſunt cōueniendi duo reſpectu diuerſi iuris in eo-
dem libello.Hec vera ſunt inquantuz dicit ſententiari poſſe contra
penſionarios:ſi penſionarij comparuerint et ſe defenderint . Sed ſi
non comparuerint ⁊ maxime ſi fuerint ignoꝛantes non ſentētiabi
tur contra eos:ſed pꝛincipalis ſententia dictanda erit tantum con
tra pꝛincipalem ⁊ non contra eos ⁊ dictabitur ad intereſſe pꝛopter
ibi poſitos.hoc dicit Inno.de ſepul.certificari.in glo.ſi.in ſi.p que
dicit ſi agatur contra inſtituentem:⁊ petitur ei ius non eſſe inſtituē
di declarari ⁊ inſtitutos per eum amoueri:non pꝛomulgabitur ſen
tentia contra inſtitutos vt amoueantur:ſed damnabitur ad inter-
eſſe eius quod intereſt actoꝛis eos nō fuiſſe inſtitutos.ff.de dolo.l.
11 arbitro.de ſenten.excom.ſacro.que no. ¶ †Quero in conſilio cui
pꝛincipaliter ſit libellus offerendus hoc eſt quis ſit ibi pꝛincipalis
iudex litera pꝛobat quod ſinodus eſt pꝛincipalis iudex ⁊ non archi
epiſcopus in ſinodo exiſtens ſolus ad quod.xj.qđ.iij.vel.iiij.ſi quis
pꝛeſ byter.⁊.c.ſi quis epiſcopus.de pꝛeben.graue.Nam archiepiſco
pus ⁊ ſuffraganei ſimul in concilio congregati ſunt iudices.Archi-
epūs tamen tanq̄ caput in conſilio de cōcilio ⁊ conſenſu ſuffraganeo
rum vel maioꝛis partis pꝛonuntiare debet.de accuſat.ſicut olim.et
melius de tempo.oꝛdi.ſi archiepiſcopus.⁊.c.nec epiſcopi.cum con-
coꝛ.de his que fiunt a maio.parte capi.c.fina.Sinodo ergo poꝛrigi
tur libellus ⁊ archiepiſcopo tanquam capiti ⁊ ſuffraganeis tanquā
comitibus: et libello ſic oblato ſinodus illum poꝛrigit aduerſario
ſcilicet reo.C.de epiſco.⁊ cler.generaliter.ſic exponitur.iij.q.iij.offe
12 ratur ſecundum Hoſtien. ¶ †Venio ad glo.que arguit literam de
ſuperfluitate:ibi reclamationis vel poſtulationis.dicit quod libel
lus eſt poſtulationis.id eſt qui datur ⁊ dari debet in ciuili ⁊ reclama
tionis in criminali in vtraq; cauſa dandus eſt libellus.glo.alleg.iu-
ra.idem Goffre.Quid autē libellus accuſationis continere debeat
13 patet ex no.iij.q.viij.libelloꝛum.⁊ de pꝛocurato.tue. ¶ †Quero.ij.
quid eſt libellus.Glo.dicit quod eſt breuis ſcriptura in qua contine
tur res que petitur ⁊ cauſa petendi nomen actoꝛis ⁊ rei.vt infra eo .
per totum.Cyn.dicit in auten.offeratur quod eſt breuis ſcriptura
claram continens actoꝛis ſiue accuſatoꝛis intentionem breuis.C.
de tempo.appella.l.ampliorem.§.in refutatoꝛijs ſcriptura:quia in
ſcriptis tradi debet.vt in auten.offeratur clara.vt in.c.ſeq.et hic.et
ff.de iure fiſ.l.ita fideicommiſſum.⁊.d.§.in refutatoꝛijs.cautius di-
xit quam ſpecu.qui dixit quod eſt breuis membꝛana:nam etiam in
non membꝛanis poꝛrigitur libellus:⁊ vtimur hic quod in bomba-
cinis ſecundum Joan.and.ibi membꝛana enim eſt de membꝛis ani
malium ſumpta ⁊ vnde dicatur libellus:quia a libꝛo vel libꝛa.id eſt
14 iuſtitia vide in ſpecu.de libel.concep.§.j.in pꝛinci. ¶ †Quid autez
continere debeat libellus dicit Hoſtien.hic quod ſufficit de appꝛo-
bata conſuetudine quod appareat quis petit a quo et quid et qua-
re ⁊ coꝛam quo vt in hoc titu.et ſupꝛa de electio.querelam.⁊ de pꝛo-
cura.pꝛocuratoꝛem.Et ponit hic verſus quos etiam ponebat Vin
cen.de quibus non curo.Cuius nomine autem foꝛmandus ſit libel
lus.dic quod pꝛopꝛio niſi res ad alium expectet per que dicebat hic
Vincen.Tancre.et Phi.quod libellus per pꝛelatum dirigendus
erat nomine eccleſie.C.de epiſco.⁊ cleri.auten.ſed hodie.⁊.l.omnis.
nomine ſuo petere non poteſt cum nullam habeat actionem vtilez
vel directam.ff.de rei vendi.l.in rem actio.§.j.vide de hac materia.
de dila.litere.⁊ vide de pꝛobatio.ex literis.⁊ no.hic quod non dici-
tur pꝛelatus dominus rerum eccleſie:ita quod habeat aliquam in
rem actionē vtilem vel directam.et ſic non eſt etiaz vſufructuarius.
15 de quo dic vt de cauſa poſſeſ.cuz ſuper.⁊.c.in literis. ¶ †Quero ſe-
cundo cui ſit offerendus libellus.Glo.dicit quod iudici.⁊ quod per
ipſum reo.Innocen.dicit quod iudici poꝛrigitur libellus ad caute-
lam non de neceſſitate : quia poteſt offerri parti.iij.qđ.iij.offeratur.
Specu.tenet pꝛimum in ſpe.eo.titu.§.reſtat.in pꝛinci.quia vna co-
pia debet eſſe apud iudicem.alia reo dari debet.de pꝛoba.quoniam
contra falſam.⁊ dicit hic Joan.and.quod ſufficit ipſum caſu veniſ-
ſe:licet citatus non fuerit.alleg.dictum Spe.de lib.concep.§.ſequi-
tur.in ſi.Idem dicit Joan.and.de elec.c.ſi.lib.vj.vbi ſpecu.vbi.ſ.di
cit quod dictum eſt.alſ.illud Ubi te inuenero ⁊c.ij.q.j.in pꝛimis.C.
vbi de cri.agi opoꝛ.autē.qua in pꝛouincia.Credo quod recipere de-
bet:ſed non cogitur reſpondere ſi venit indeliberatus.vt dixi de iu
di.c.j.per hoc dicit Joan.and.in addi.ſpe.titu.de ſen.pꝛola.§.cum
autem.ver.⁊ no.qđ ſententia lata contra pꝛeſentem non citatū :vel
non citatum peremptoꝛie valet ⁊ allegat iura de citato conſenſu :⁊
dicit hoc dixiſſe Gui.de ſuz.dicit tamen ſe feciſſe ſeruari qđ ſaltem
16 vna vice citetur ad ſententiam audiendam. ¶ †Nota bene hoc di-
ctum:qꝛ ſentit quod citatio pꝛeſentis ad ſententiam audiendaz ha-
beat vim peremptoꝛij:lz citatio abſentis ad ſententiaz non habeat
vim peremptoꝛij.de quo.j.de accu.ad petitionem.ſed pſentis .ideo
quia illa habetur ⁊ ſubꝛogatur loco monitionis iudicis que habet
vim peremptoꝛij.de quo de accu.ad petitionē.vt.ſ.de offi.dele .con
17 ſuluit.⁊.l.ij.C.quomodo ⁊ quando iu.dixi hoc plene de iudi.c.j.†et
queſtionem hanc cui debeat offerri libellus late pꝛoſequitur Gloſ.

⁊ Cy.in auten.offeratur cuius verba ſuperflue ponit hic Joan.de
ligna.⁊ verba Guil.de cu.finaliter concludit qđ dicit gl.qꝛ primo iu-
dici offerri debet ſcđo a iudice reo vel tranſmitti vt deliberet exem-
plum nõ originale:qꝛ abſurdum qđ actoꝛ ſit ſcriptoꝛ rei:⁊ multas le-
ges allegat Bar.recitatis opi.in dicta auten.offeratur dicit quod
ſiue iudici ſiue parti offeratur nõ eſt vis:qꝛ vtraqꝫ practica eſt bona.
Dicit tamen Bar.qđ ſi copia transfertur ad partez hoc eſt vtile ad
excludendas dilatorias reo.de dila.preterea.⁊ de dila.l.ſi quando.
idem no.in cle.ij.vt lit.pen.in vlti.gloſ.vbi idem dicit Jo.an.in ad-
di.ſpecu.in titu.de libel.cõcep.§.nunc videamus.ad fi.qꝛ talis miſ-
ſio p ad partem nõ ſufficit pro libello ſuper quo debeat fundari ſen-
tentia niſi in iudicio ⁊ per iudicem detur reo:⁊ tunc lis conteſtabit
per auten.offeratur:non condemnabitur tamen reus in expenſis li-
belli:ſi compareat ⁊ confiteatur:⁊ ſoluere ſe offerat:qꝛ nõ eſt mora:⁊
debebat ante moneri.argu.l.quidam yberus.ff.de ſerui.ru.predi.⁊
l.iudicatum ſolui.ff.iudi.ſol.dicit Guil.de cu.in.l.edita.C.de eden.
per que patet qđ monitio ex.l.quidam yberus.licet non ſit neceſſa-
ria eſt vtilis ad hoc:qꝛ ſi ante fiat damnatur reus etiam ſoluens ad
expenſas libelli.idem not.de iudi.nouit.Ex hoc cõcluditur quãdo
debeat offerri:quia debet offerri iudici ⁊ poteſt ante citationẽ par-
ti autem offerri poteſt poſt citationem.Jdem Guil.de cug.in.l.edi-
ta.Cy.⁊ Bu.dicunt qđ poſt legitimationem perſonarum niſi eſſet
preſens:qꝛ vt ſupra dixi non eſt neceſſaria citatio:⁊ poſt citationem
parti offeratur:deducit ⁊ probat pleniſſime Cy.in dicta autẽ.offe-
ratur.⁊ Guil.de cu.in.l.edita.C.de eden.⁊ qꝛ glo.dicit offerenduz li-
bellum:late intellige:ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus:⁊ coram ar-
bitro etiaz offerendus eſt:qꝛ ad inſtar iudicij proceditur coram eo.
dicit Bar.⁊ bu.in auten.offeratur.ad hoc.l.pe.§.fi.ff.de arbit.C.de
iudi.l.rem non nouam.⁊ hoc tenet ſpe.eo.titu.§.reſtat.in prin.hoc
verum niſi partes conueniat vt procedatur ſine libello coram arbi-
tro:quia a principio creande poteſtatis poſſunt ſic conuenire:ſicut
poteſt a prin.ſuperioꝛ ſic committere vt procedat ſine libello:⁊quia
illam poteſtatem habet a partibus ⁊ ille quod ſecus eſt in iudice:vt
qui habet a ſe non a parte ſecundum Bar.in dicta auten.offeratur
multis.qđ.ſed de hoc ibi.Jn arbitratore autem dicit Bu.libellum
non offerendum.in dicta auten.quia ille extraiudicialiter procedit
ff.pro ſo.l.ſi ſocietatem.§.arbitroꝛum.⁊ idem ſpe.in titu.de libel.cõ-
cep.§.reſtat.ad finẽ.Dicit tamen et ibi Joan.an.vt ⁊ in ſummarijs
qualem qualem corã eo requiri petitionẽ per cle.ſi.de verbo.ſignifi.
⁊ ſic dicit ſeruandum.Unde dicit quod ſeruauit ſpe.quando occur-
rit caſus in quo non debeat offerri libellus facit dari ſibi intentio-
nem ſcriptam.non pro libello:ſed vt appareat quid fuerit petitum
18 permiſſa tamen proteſtatione:qđ vt libellus non offertur. ¶ †No-
ta bene quia per hoc ſentit qđ ſi offertur vt libellus ⁊ eſſet male con-
ceptus:etiam in caſibus in quibus non debet offerri vitiaretur p-
ceſſus.Ad hoc.C.de rei vxo.act.l.j.qđ no.de confir.vti.vel inuti.bo-
ne.⁊ quod no.in cle.cõſtitutionem.de elec.⁊ qđ dicimus de actione
19 inepta.de iudi.examinata.qđ nota.¶ †Quero qualiter debet dari
glo.qđ in ſcriptis vt patet hic qđ eſt verum hodie:olim ſufficiebat
proponere verbis.l.j.§.edere.C.de eden.⁊ dicit Cy.qđ dari debet ſe-
cundum ſtiluz curie verbis vulgaribus aut latinis:prout curia pra-
cticat:⁊ ſi non intelligit reus conducat aduocatum.vel interpꝛetem
ff.de conſti.l.ſed ⁊ ſi.§.proſcribere.Jdem Jo.and.in addi.ſpe.in ti.
de libel.concep.§.iam nunc.circa prin.⁊ remittit in ſpe.de aduoca.
§.nunc de exoꝛdijs.in fi.⁊ debet eſſe breuiloquus.vt dicit ſpecu.in ti-
tu.de libel.concept.§.ad huius titu.verſicu.et in ſum.⁊ eſt dictum
Guil.de cu.in.l.edita.C.de eden.all'.l.amplioꝛem.§.in refutatoꝛijs
de appel.qđ dicit eſſe contra illos qui inſtrumenta ponunt in libel-
lis:dies autem ⁊ locus non apponitur in ciuili:niſi dolus allegetur
⁊ dicit Bar.qđ per hoc rupit mille libellos:ponit in.l.j.§.hoc inter-
dictum.ff.vti poſſi.de loco autem qđ non ſit generaliter neceſſe edi
tenet Archi.de re iudi.abbate ſane.lib.vi.in verbo vacua.Archidi.
dicit diem contractus edendum in libello:ſed non confecti inſtru-
20 menti.iij.q.iij.offeratur.¶ †Subſcriptio autez an ſit neceſſaria di-
xi ſupra qđ non loquendo.de ſubſcriptione partis.Notarius tamẽ
debet ſcribere in fine libelli diẽ poꝛrecti libelli.no.Bu.⁊ Bar.in di-
cta auten.offeratur.Deinde glo.ponit aliquos caſus in quibus nõ
exigitur libellus quos examinaui ſupra.Et no.qđ dat intellectum
c.ſi quis cum clerico.quem ibi dedi.⁊ dicunt communiter docto.qđ
reſtringatur ad cauſas viles vel ibi dicitur ſecundum docto.vel ibi
hoc operatur conſenſus partium ſcđm Ala.hoc intellige vt dixi ſu-
pra tex.⁊ ad hoc vlt.allegat Gof.dictaz.l.quoties.C.de priuile.ſcho-
la.li.xij.vel loquitur quando epiſcopus inter ſuos familiares.Jtẽ
debet dari in iudicio vt hic:die autem feriato non poteſt offerri li-
bellus ſcđm Joan.an.in addi.ſpecu.in titu.de libelli concep.§.nũc
videamus.in princi.niſi in caſibus a iure permiſſis.de quibus de fe-
rijs.c.fi.⁊ ponit Joan.and.in addi.ſpe.in titu.de fer.§.j.verſic.item
excipitur.Jnter quos caſus ſit per regulã vt loco primo alle.Guil.
dicit quando res eſt in tempoꝛe peritura ⁊ ſic debet intelligi debere
l.miles.§.ſexaginta.ff.de adul.quia ibi loquitur de marito accuſa-
re volenti iure mariti qui habet certum tempus:licet poſt tempus
poſſit accuſare iure communi per que dicit dictum Joan.xv.q.iij.
placita.non procedere inquantum dicit partes poſſe citari vt ve-
niat ad recipiendum libellum.cui gl.contradicit.tex.de quo dic vt
per Joan.and.de fer.c.fi.Nam quamqꝫ concederetur oblationẽ poſ-
ſe fieri iudici:qđ nec etiam eſt regulare vt ſupra dixi:non poſſet fieri
parti per que dicit qđ ſi libelli oblatio eſt facta coram iudice die fe-
riato non inducit preuentionem:tum quia oblatio nulla.⁊ act' nul-
lus non perpetuat:tũ quia ſola oblatio iudici facta non habet vim
citationis:que eſt neceſſaria in preuentione ſicut in perpetuatione
que equiparantur.vt ibi no.in verbo legitime.⁊ hoc tenet quicquid
hic dicat Joan.de ligna.qui dicit libelli oblatione poſſe fieri extra-
21 iudicialiter iudici.⁊ die feriato per dictum.§.ſexaginta.¶ †Que-
ro quis ſit effectus libelli.Glo.dicit qđ effectus eſt triplex:primo qꝛ
per eum interrumpitur annalis preſcriptio.C.quando li.princi.de
lit.conteſta.fa.l.ij.Secundo rez litigioſam facit ſecuta per executo-
rem conuentione.C.de litigi.auten.litigioſa.Tertio interrumpit
22 preſcriptionem.C.de preſcrip.xxx.vel.xl.anno.l.ſicut.¶ †Nũquid
autem non oblato libello per ſolam conteſtationez inutilem inter-
rumpatur preſcriptio:qꝛ conteſtatio eſt nulla:dic ſi agitur de inter-
ruptionibus que fiunt ſola citatione eſt recidere in dubiũ.An por-
rectio libelli ſit de ſubſtantia citationis qđ ſit cum ea vel precedat:
⁊ tenendo iſtam opi.que ꝯmuniter nõ tenetur non interrumpitur.
Si tenes opi.cõmunem qđ libelluz precedere vel qđ in citatione in-
terſeratur ⁊ non ſit de ſubſtantia citationis:licet libellus nullus va-
let citatio:⁊ illam interrumperet abſqꝫ dubio.⁊ hoc tenet Cy.Bu.
⁊ Bar.in dicta auten.offeratur.ad hoc qđ ſcribit Bart.ff.de adult.l.
accuſaturus.quidez interrumpuntur libelli oblatione ⁊ in iſtis in-
ſpicitur an libellus ſit bene oblatus.Quedam interrumpuntur lit.
conte.⁊ in iſtis inſpicitur an bene ſit lis cõte.⁊ vide gl.j.de appel.vt
debitus.⁊ qđ ibi dixi ⁊ plene ſcribit Bart.in dicta.l.accuſaturus.ff.
23 de adul.¶ †Quero an libelli oblatio ſit de ſubſtantia oꝛdinis iudi-
ciarij:Arguit glo.qđ ſic vt hic de proba.quoniam.vbi deſcribitur
inter ſubſtantia:qꝛ ad illum vt fundamentum menſuratur ſentẽtia
de accuſa.qualiter.⁊ de ſimo.licet heli.Quarto per auten.offeratur
que dicit litem conte.aliter pro nihilo eſſe.ad hoc.de lit.conteſta.c.
vno.de elec.dudum.Quidam dicunt qđ dicit Glo.libellum.de ſub-
ſtantia ſi petatur vt dicitur in iura.calũ.ad hoc hodie.de iura.calũ.
c.j.lib.vj.Alij ꝯtra qđ nec remitti:nec omitti poteſt:⁊ hoc dicit glo.
verum de iure canonico concludens tria ſubſtantia libellum lit.con-
teſta.⁊ qđ ſententia feratur in ſcrip.Glo.no.inquantum tria ponit
pro ſubſtantialibus iudicij.vide glo.ij.q.j.in ſum.in.l.prolatam.C.
de ſen.ij.q.vj.§.diffinitiua.verſi.prolatam.in ſpe.de prepara.iudi.
in prin.⁊ in ſpe.de offi.iudi.§.poſtremo.in.j.col.Multas opi.anti-
quas ſuper puncto.glo.recitat ſpe.in titu.de libelli concep.§.vtruz
libellus quas omitto.Coloꝛatam autem opin.Mar.de ſil.vide per
Jo.in cle.ſi.de ver.ſigni.in verbo neceſſario.Bu.in auten.offeratur
tenet libellũ de ſubſtantia ſi petitur quo ad partem ſi remittatur ex-
preſſe quo ad partem non eſſe de ſubſtantia ſi omittatur quo ad iu-
dicem autez ſemper dicit eſſe de ſubſtantia alias nõ poſſet ferre ſen-
tentiam:qꝛ deficiente materia deficit materiatum.l.inter ſtipulan-
tem.§.ſacramenta.de ver.obli.l.qui res.§.aream.de ſo.Jnno.⁊ Ho-
ſtiẽ.hic dicũt illud qđ glo.all'.in autẽ.de tempo.nõ ſolu.pec.ſup do-
te.§.cõteſtationẽ.coll.vij.Hoſti.allegat.de exhi.⁊ intro.re.§.illud.
col.v.per que dicit qđ nec expreſſe nec tacite remitti poteſt.Erãt au-
tem quidam qui aduerſarios ſimplices vocabant ad iudiciuz:⁊ eis
negantibus dicebant litem conte.qđ ibi reprobat imperatoꝛ in ſe-
quenti.§.ſtatuens qđ libellus offeratur.⁊ qđ lit.cõteſ.hac oblatiõe
omiſſa habeatur pro nulla.Alij qđ ſecũdũ leges eſt neceſſaria ſcđm
canones nõ vt hic tangit Uincẽ.⁊ phi.in.c.ſi quis cum clerico:⁊ in
decre.prout quibus reſponſum eſt in gl.Jo.an.hic ⁊ plenius in cle.
ſi.de ver.ſig.in verbo neceſſario.⁊ fuit opi.pe.ſed nõ placet Cyn.in
autẽ.offeratur in.xi.q.dicit qđ parte petente neceſſarius eſt libellus
et hoc in cauſa plenaria.in ſummaria ſufficit poſita apud iudicẽ nõ
in moduz libelli:ſi nõ petat' adhuc ſufficit quedam poſita apud acta
nõ in modũ libelli.adheret opi.Pe.⁊ Bu.tantũ eñ eſt poſita qꝫtuz
libellus iudici oblatus ⁊ non parti.Cy.⁊ Bar.reſident qđ nõ expſ-
ſe nec tacite poſſit renunciare:qꝛ hec ſolẽnitas reſpicit nedũ vtilita-
tez partis:ſed etiã iudicis vt poſſit certam ferre ſententiã ⁊ fuit hec
ratio Bar.que nõ placuit Cy.per illa que dicã in ſeq.c.Secundam
ponit rationẽ:qꝛ partes nõ poſſunt nec expreſſe nec tacite renũtia-
re ſolennitatibus.l.nemo põt.de le.j.de pac.l.ius publicũ.Cyn.ad-
ducit rationẽ:qꝛ autẽ.offerat'.exigit qđ detur in ſcriptis ⁊ aliter con-
teſtatio facta non tenet.Jdẽ tenet Ja.Bal.in autẽ.de exhi.⁊ intro.
reis.§.j.coll'.v.all'.rationem Barto.in auten.vt debi.ma.§.qꝛ vero:
niſi aliud haberet conſuetudo.Sed iſtis poteſt reſponderi hoc ve-
rum ſi petantur.remanet ergo opi.Jo.an.vera:nec credo libellum
etiam ſi a iudice petatur parte omittente de ſubſtantia:quicquid
ſentiat Mar.ſil.⁊ etiam Cy.in dicta auten.ſi offeratur:ſed bene ne-
ceſſaria eſt quedam poſita ſuper qua ſe fundet iudex ad ſententiam
ferendam:⁊ ſic intelligo Joan.an.⁊ Butri.quaz ſi iudex remitteret
⁊ partes ſatis credo non valere remiſſionem:quin aliqualis petitio
exigatur:

exigatur:quia hoc cõcernit vtilitatez publicam.per auť.offeratur.
ꝛ vnde ſummit.ſic intelligo Bar.ꝛ Ja.Bal.Sit ergo concluſio:ſi li
bellus petitur a parte ꝛ iudice eſt de ſubſtãtia in plenarijs. Jn ſum
marijs quedam ꝓpoſta ſi nõ petitur nec a parte nec a iudice non eſt
de ſubſtantia:ſed bene qualis qualis petitio:ſi petitur a iudice par
te non cõtradicente:idem qđ dixi ſupra:quãdo petitur a parte ſi pe
titur a iudice ꝛ remittitur a parte ſi volunt plenarie procedi nõ va
let remiſſio:ſi volũt ſũmarie ꝓcedi valet remiſſio quo ad libellũ exi
gitur tñ qualis qualis poſta:ex qua iudex ſe iformet in ſnia:ꝛ hec nõ
põt remitti a parte qꝛ intereſt iudicis vbi dixi libellũ de ſubſtantia
eſt dubiũ an ſi iudex interloquať libellũ nõ offerẽdũ valeat ſnia.ar.
Cy.ibi qđ teneat.C.de his qui ve.eta.impe.l.j.Reſidet in contra.ꝑ
l.factum a iudice.ff.de reg.iur.alś dicit qđ interlocutoria continet
expreſſum errorem iuris ꝛ dicit hoc tenuiſſe Mar. ſil. Unde pẽdet
vt ipſe ſentit ab opi.ſi teneť opi.qđ libellꝰ nõ poſſit remitti:vel ob
mitti a partibus ꝓcedit opi.qđ ſnia nõ valet ſi teneť quod poſſit re
mitti vel obmitti.ꝓcedit opiñ.quod valet ſententia qꝛ acquieſcere
videntur:ꝛ hoc eſt tenendũ ex quo habes qđ ſi in interlocutoria ꝓ
cedatur ordine iuris nõ obſeruato nõ valet:vbi neceſſarius eſt ordo
iuris:ꝛ nõ poteſt a parte remitti.vide tex.de iudi.exhibita.ꝛ qđ ibi
dixi.de fo.compe.ſi diligenti.circa renũtiationem iuris ſui an ſem
per valeat. Jnducie autem an ſint de ſubſtantia in deliberatorijs.
Joã.ij.q.j.in ſum.dicit qđ ſic:quod intellige ſi petantur.vt no.xvij.
q.iiij.vxor.ad hoc.iij.q.iij.cum accuſatus. Jdem Jnno.ꝛ Hoſti.hic
qui dicunt nõ tenere proceſſum ſi denegarentur deliberatorie:arta
re tamen poteſt eas iudex ꝛ ſi nõ petantur denegare:ꝛ eis poteſt re
nuntiari tacite ꝛ expreſſe.ff.de fer.l.j.C.de epiſ.ꝛ cleri.auť.generali
ter.de quo de dila.c.j.ꝛ.ij.hec vera in plenarijs iudicijs.in ſumma
rijs aũt tene gloſ.de ver.ſig.cle.ſi.in verbo litem cõteſtatam:vltra ea
que ibi dicit gl puto qđ iudex poſſit plus artare in ſummarijs:ꝙ in
plenarijs.arg.de offi.deleg.conſuluit.ꝛ quod no.in.c.de cauſis.eo.
titu.l.j.ꝛ.ij.§.excipitur.ff.de fer.Libellus tamen ſi perditur:de eius
forma ſtatur dicto actoris in Specu.de libel.concep.§.ad huius ti.
verſi.ſed ſi dubitas ꝛc.

1 ☞ Petitionis cauſa ſemper eſt in ipſo libello inſerenda alias re
pellitur.
2 Libello eodem poſſunt plures ex eadem cauſa conueniri.
3 Libellus incertus valet vbi nõ petitur illius declaratio.
4 Appellatio iuſtificatur ex eo qđ nõ admittiť petitio que iure falca
tur ꝛ qñ eſt iudicialis reparantur attentata.
5 Superfluitas nõ dicitur in vna lege vel decretali diſponente idem
qđ alia vbi dicit aliquid addendo.
6 Libello tradito ſuper vna domo vel poſſeſſione qua vnicam poſſi
dent rei non eſt neceſſaria declaratio ꝛ ſic hoc caſu procedit libellus
non certificata re.
7 Libellus qñ re non certificata procedat.nu.6.
8 Libello in actione reali que requirantur ꝛ an cauſa ſit exprimenda
ꝛ an ſit exprimendum an agat vtili vel directa.
9 Libello tradito in actione hypothecaria vel mixta ſeu in rem ſcri
pta aut confeſſoria que requirantur ꝛ an cã ſit exprimenda.
10 Libelli in actione ꝑſonali que ſit practica ꝛ que cauſa debeat in di
cto libello exprimi.
11 Libellus generalis qñ ꝛ in quibus ꝓcedat.nu.10.
12 Libellus an poſſit corrigi vel mutari lite conteſtata ſeu non conte
ſtata.
13 Libelli mutatio an admittatur ſurrogando vnam actionem loco
alterius.
Actio an poſſit mutari ſurrogando aliam loco illius.

1 **SJgnificantibus.** ¶ †Summatuz eſt
ſupra.c.j. Jn prima
appellationis narratio. Jn ſecunda appellationis com
2 miſſio. Secũda ibi:quocirca. ¶ †Nota primo quod in
eodem libello poſſunt ex eadẽ cauſa plures conueniri:vide in ſpec.
de inciden.qđ.§.j.circa princi.in.iij.col. ¶ Not.ij.pro opi.libellum
3 parti offerendum.de quo.ꝫ.tit.j. ¶ †No.iij.libellum incertum ꝓce
dere niſi illius petať declaratio.ad hoc.C.de an.ex.l.fi.ꝛ ſic circa li
belli obſcuritatem non ſupplet iudex niſi petatur a parte: puto ta
men qđ ꝛ ipſe petere poſſet cũ ſua intereſt:vt certam poſſit ferre ſen
tentiam. ¶ Nota incertitudinem ratione rei in libello deducte de
4 bere declarari. ¶ †No.qđ vbi petitio iure fulcitur appellatio iuſti
ficatur eo qđ non admittitur.vide de teſti. ſignificauerunt. de app.
bone. ¶ Not.attentata poſt app.retractari quando iudicialis eſt:
5 ꝛ quod ab interlocutoria appellatur iure noſtro. ¶ †Opp. qđ hoc
ſuperfluat per decre.ſignificantibus.de appel.contra cõſti.Greg.ꝫ.
dic quod ſi eadem decre.repetitur in eodem ti.aliquid addendo nõ
arguitur ſuperfluitas:ſi nihil addit reprehenſibilis eſt:ſed in diuer
ſis titulis propter diuerſos fines quos reſpiciunt:non adhuc ſuper
fluitas arguitur.ſm Boa.Non ergo reprehendendi ſunt condito
res iurium:quod decre.non faciunt ad tit.quia ſufficit quod in ali
quo:licet modico faciant:nec reprehendendi ſunt etiam plures re
petentes eandem materiam:quia hoc facere poſſunt propter diuer
6 ſos fines. ¶ †Quid ſi vnam tantum poſſeſſionem hi poſſidebant:
quidam non eſt neceſſaria declaratio.cum ad illam tantum referri
poſſet:ſic de offi.deleg.ex parte.not.glo.de reſcrip.c.primo. ad fin.
gl.magne.ff.ſi certum peta.l.certum.non placet Hoſtien.ꝛ ſupplet
maxime:quia poſſet eſſe certa magna ꝛ parua:dicitur ergo deſigna
ri per confinia vt dicit glo.ꝛ ſi ſit neceſſe ſubijci poteſt oculis ꝛ dꝫ.ff.
fini.regũ.l.ſi in ruptione.§.fi.ff.de fer.l.ſecunda.de proba.c.antepe.
7 ¶ †Tertio videtur qđ ꝓcedat libellus nõ certificata re: qꝛ omnia
deduxiſſe videtur in iudicio.C.de an.ex.l.fi.Uincen.dicit illud pro
cedere quo ad interruptionem perſcriptionis. Quandoqꝫ enim ex
verbo generali expreſſa quantitas colligitur.ff.de rei vendicatione
l.ait pretor.§.vnico.ꝛ quod deeſt in ſententia ſuppletur in proceſſu.
C.de ſen.que ſine cer.qñti.l.iij.Jo.vel dic qđ libellus ꝓcedit gene
ralis niſi petatur ſpecificari: vt hic:poteſt tamen peti ſpecificari a
parte vt clarius poſſit deliberare an velit cedere:vel cõtendere:ꝛ ſe
defendere.vt hic. ¶ Glo.intrat hic materiam libellandi ꝛ. Primo
ponit libelli practicã in realibus : vſqꝫ ibi ſi autẽ agitur.Scđo po
nit practicam in perſonali:vſqꝫ ibi. Jtẽ no.tertio.tractat qñ poſſit
libellus accumulari.vť mutari:vſqꝫ ad.Ꝟſi.ꝛ ſi mutauerit.ꝛ illo iter
poſito reuertiť ad propoſituz in.Ꝟſi.illud ꝓterea vſqꝫ ad fi. Jn ver
ſi.autẽ ꝛ ſi mutauerit.tractat de inducijs dãdis:vel non:libello mu
8 tato. ¶ †Ad primũ que requiranť in libello reali dicit ꝓmo expri
menda eſt res que petiť:an pars:vť tota.ff.de rei ven.l.in rem.Aſſi
gnat duas cauſas ꝓpter quas exigiť certificatio libelli vt iudex cer
tam poſſit facere ſniam ꝛ vt reus deliberare poſſit an cedere velit:
an cõtendere.Tertiam addit gloſ.in verbo ꝓnunciatio in cle.ſi.de
ver.ſigni.vt actor poſſit clare poſitiões formare:ꝛ vt poſſit ſi ꝓnun
cietur ex vna cauſa agere ex alia.Ad partem rei addit duas vt poſ
ſit ſuas formare defenſiones ꝛ vt abſolutus in principali iterato nõ
poſſit cõueniri. Jac.de ra.nõ placet qđ in fauorẽ: non vt agat Cy.
in auť.offerať.in.vj.q.qꝛ reperitur qđ in fauore iudicis nõ offeratur
libellus:vt in auť.vt cle.apud ꝓpri.epi.§.j.colla.ix.ſed ibi eſt caſus
ſpecialis:nec eſt verũ qđ ibi ſit fauor iudicis.dicit Joã.an.qđ vltra
rem etiam eius qualitas eſt exprimẽda:vt ſi petit terram exprimat
an ſit aratoria pratiua vel vineata.C.de bo.proſcrip.l.ſi quis intra:
ꝛ ſecundũ antiquos etiã modus exprimendus eſt de ſpon.de mulie
re:qđ intelligi debet:vt dixi de reſcript.dilectus.j.ſuper.j.glo.ſcđm
Jo.an.debet etiaz exprimi nomẽ:fundi ſi habet:vt ſempronianus
in ſpe.de li.cõcep.§.iuxta ꝓpoſita.verſi.item non valet.Si petitur
materia tantũ puta maſſa debet exprimi qualitas materie:vtrum
ſit aurum:argentũ:vť auricalcum:dicat ergo talem maſſaz argenti
ꝛ exprimat põdus:ſi ſignata ſit exprimat numerũ.Si facta nomen
vaſis:vt ciphus:vel ſcutella:ꝛ pondus.ſed non debet exprimere an
ſit rotundũ vel latum.Si petat veſtẽ exprimat nomen ꝛ colorẽ non
an ſit noua vel trita.Si hominem an ſit ſenex vel iuuenis:exprimat
etiam nomen ꝛ ſi ignorat circũlocutione vtatur:vt natũ ex tali an
cilla vt.ff.de rei ven.l.ſi in rem depoſi.l.j.§.ſi qs argentum:per quaz
l.dicunt antiqui ſuper ignorãtia eũ iurare.ff.de cõtra.emp.l.in ven
ditionibꝰ:ꝛ duabus.ll.ſe.C.de epiſ.ꝛ cle.auť.generaliter.de here.in
ſti.quotiẽs.§.ſi qs.de teſti.licet ex quadam:ſcđm Hoſt. Jnquantũ
dixi nomẽ ſufficere:dic qđ ſufficit nomẽ matris exprimere vt.l.ſi rẽ
preallег. Jtem hoc ꝓcedit niſi articuletur qđ plures ſint eiuſdem
nominis alias non preſumitur multiplicatio:vt ibi dicit Bart.Si
tamen iſte circunſtantie non declarantur ſi opponitur non procedi
tur.Si non opponitur proceditur ꝛ ſi poſtea non declaretur in pro
bationibus fertur ſententia contra actorem:vt dicit Bartol.in di
cta.l.ſi in rem.debet etiam ſm gloſ.duos proximos confines expri
mere.ff.de cenſibus.l.forma cenſualis.quia nimia generalitas parit
obſcuritatem.ff.de iur.fiſ.l.ita fidei.ꝛ dicit Joan.and.in addi.ſpe.
in titu.de cauſa poſſeſ.Gui. de ſuza.tenuiſſe in.l.edicta.C.de eden.
quod ſi petatur ab actore dilatio: quando a reo petuntur confines:
pro declarandis confinibus quod danda eſt quia talia vt plurimũ
ſubijci debẽt oculis.ff.fi.reg.l.ſi irruptione.hoc ponit in.§.nũc di
cendum.in principio. Predicta limita vera ſm gl.quando eſt in fa
cultate actoris libelluz certificare quo ad rem quia certus eſt de par
te rei ſibi competente vbi autem non eſt certus vt qꝛ imminet.l.fal.
ꝛ legatarius petit legatum qui tolerabiliter ignorat quantum ve
niat defalcandum:tunc procedit libellus incertus : ꝛ ſic loquitur.l.
que de tota.§.in certe.ff.de rei vendic.ff.cõmuni diui.l.ſi omnes.§.
incertum.Et aduerte quia illa iura loquuntur etiam quando dubi
tatio non ſurgit a facto aduerſarij.vt not. Jnnocen.j.de in integrũ
reſtitu.c.conſtitutus. Jtem ſecundum doc.vbicunqꝫ dubitatio ſur
git a facto aduerſarij ꝛ multo fortius vt.l.j.§.quod autem.ff. quoꝝ
leg.ff.ſi pars here.pe.l.j.§.fi.ſm Hoſtien.Nec mirandum ſecunduz
Jnnocen.ſi libellus recipitur incertus ꝛ generalis:quia aliquando
valet ſententia quantumcunqꝫ ſit generalis:vt patet.j.de ſepul.in
noſtra que tamen debet eſſe clarior ꝙ libellus inſti.de ac.§.curare.



FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Aduerte tñ ꝙ illud qđ dicitur libellum ex iuſta ignorantia admitti
incertum ꝛ generalem eſt verum quo ad libellum: ſententia tamen
debet eſſe certa: quia licet tunc procedat libellus incertus: non ſen-
tentia licet aliud ſit in vniuerſalibus vt dicam .j. ꝛ no. gl. in. d. §. in-
certe: per que dicit hic Inno. quod procedit aliquando libellus ge-
neralis: ꝛ tamen non ſententia: ſed debet eſſe ſpecifica. Nam ſufficit
petere fructus de tali fundo ſine alia expreſſione. Et ſi non extant
peti poteſt extimatio. ꝛ exprimi: ſed in ſententia exprimi debet quã
titas: alias non valet vt ſi dicatur condemno te ad expenſas factas
in lite vel ad res que obuenerũt a tali: niſi in actis de certa quantita
te cõſtaret: de re iudi. l. miles. §. fi. ꝛ ſic itelligit. l. ij. ꝛ. iij. C. de ſen. q̃ ſi-
ne cer. quanti. Ho. dicit in gñalibus ꝛ vniuerſalibus iudicijs: ꝛ na-
turam ipſorum ſequentibus valere generalem ſententiam vt dicam
j. dixit etiam conſuetudine curie valere hanc ſententiam ꝛ libellum
per iura que alle. glo. condemno te ad expenſas factas in lite quarũ
taxationem mihi reſeruo de quo de procur. auditis. ꝛ de dolo. finem
vbi contra no. Inn. vide quod no. de ſequeſt. poſ. c. j. ad fi. Nunquid
autem cauſa ſit in actione reali exprimenda. Glo. dicit quod non: eo
enim quod ꝓponit rei nomẽ ſatis cauſam exprimit: cauſa enim ex-
preſſa intelligiẜ eo qđ proponit rei ven. ꝛ dicit ſe dñm vł quaſi dñm
nulla enim alia eſt cauſa quam dominium: cum dicit rem ad ſe per-
tinere ratione dominij vel quaſi. ff. de excep. rei iudi. l. ſi iur. §. primo
ꝛ ſecundo ꝛ. §. eandem ꝛ melius in. l. eandem. §. actiones. dicit tamẽ
glo. quod ſi vnam exprimat ꝛ ſuccumbat poteſt ex altera cauſa age-
re vt patet in. l. ſi iuris. §. primo. ꝛ ſecundo nec ob. l. ſi duobus. §. co-
lonus. vbi ſi colonus dederit damnũ in re locata: poteſt agi acquiẜ.
poteſt agi locati ex eodem damno ſententia in vna preiudicat in
alio: quia licet ibi eſſent plures actiones agebatur tamen ex eadem
cauſa. Hic videnda ſunt duo primum an cauſa in reali ſit exprimen
da. Cõmunis opi. eſt quod cauſa proxima exprimenda eſt: vt ago
quia dominus: vel ago quaſi dominus: non remota: vt quia ago
quia dominus ꝛ quia emi: ad hoc. ff. de rei ven. l. in rem. Et eſt cauſa
quia vtile eſt reo quod non exprimatur quia ſi cauſa exprimitur re-
mota et feratur ſententia contra actorem preiudicat ſibi reſpectu
cauſe tantummodo expreſſe: ſi alia cauſa non exprimatur ſententia
obſtat in omnibus vt. d. §. actiones. Eſt tamen vtile reo quod ex
primatur altero reſpectu vt tertius poſſit deliberare. Item quia ſi
cauſam proximam exprimat ex cauſa ſuperueniente pendente iu-
dicio alia non ſequetur condemnatio: ꝛ ſecus ſi nõ ſit cauſa remota
expreſſa: ſed generaliter egerit quia dominus vt de re iud. abbate
ſane. li. vj. cuius gratia Ioan. de lig. hic latiſſime proſequitur an ius
ſuperueniens actori proſit ei: ſi ſuperueniat pẽdente iudicio. quod
non proſequor hic: ſed ſufficit remittere ad capitulũ abbate vbi ca-
dit materia: ꝛ recitat dicta Bar. in. l. eandem. §. actiones: ꝛ in. l. non
quemadmodum. ff. de iudi. ꝛ. l. ſi mater. §. eandem. de except. rei iu.
puto tamen vt ſentit hic glo. ſufficere cauſam proximam implicite
includi in verbis: vt quia dicat ago rei ven. hec vera quando vendi-
catur res que de iure communi poteſt poſſideri: alias exigiẜ expreſ-
ſio cauſe cuiuſdam: vt adiecta cauſa de iure quiritum quãdo vendi-
catur filius: vel de iure canonico quando vendicatur vxor. l. prima.
§. per hanc. ff. de rei. ven. de quo ĩ ſpe. qui fil. ſint legiti. No. Innoc.
de offi. ord. conquerente: ſufficit tamen quod cauſa in genere conclu
dat ius agendi licet aliquo iure ſpeciali ſubſiſtente illud non con-
cludat: vt no. Inno. j. c. ſe. Actio autem non eſt neceſſario exprimen
da. de iudi. dilecti. Nunquid autem exprimendum ſit an agat vtili
vel directa: vide ſpe. de act. ꝛ peti. §. ſequitur. verſiculo nũquid etiaꝫ
in fi. §. dic quod non cogitur ſed arctatur ad exprimendum factum:
ſic quod colligatur quam intentat an vtilem an directam. Dicit ſe-
cundo glo. quod ſi agatur reali cauſa remota expreſſa non obſtat ex
ceptio ſi alia agatur cauſa. l. ſi iuris. §. primo cõtra tenet Pet. vt re-
citat Cy. in. l. edicta. C. de eden. quia voluntaria expreſſio cauſe vbi
non eſt neceſſe non aſtringit ius agendi: quin alia cauſa deducta vi-
deatur. ff. de ap. l. ſcio: vbi ſi appellatione diffinitiua vbi non eſt ne-
caſſaria cauſe expreſſio: ſi cauſam exprimo: poſſum ex altera cauſa
iuſtificare. tene glo. quam iuriſte communiter tenent. de hoc eſt ho-
die caſus de re iudi. abbate: ꝛ tenet Bar. in. d. §. actiõcs: ꝛ tenet Ar-
chi. in dicto. §. actiones: ꝛ Inno. de iudi. ceterum. nõ ob. l. ſcio quia
dicit Bar. ibi videntur deducte alie cauſe: quia illas proſequi poſ-
ſum: eo quod non poſſum appellare: propter curſum temporis: vel
illud operatur natura appellationis. quam iuſtificat ſola iniuſtitia
ex quacũqꝫ cauſa deducitur: ſic dices: ꝛ dominium eſt cauſa iuſtifi-
cans realem: ex quacunqꝫ cauſa remota deducatur: vel illud ſpecia-
le propter odium iniuſte ſententie: vt iuſtitia pateſiat ꝛ propter gra
ue preiudicium appellantis quod excluderetur omni remedio reſpe
ctu cauſe non deducte: hic non excluderetur: ideo non videtur de-
ducta: vel ibi cauſe expreſſio nõ reſtringit: quia hoc eſſet incommo-
dum appellantis. hic non reſtringit quia hoc eſſet incommodum
agentis: ꝛ verba ſunt pro preſente amplianda vt. l. inter ſtipulatio.
§. primo. ff. de verborum obligatione. vel illud: ſi cauſam proſe-
quatur aliam: ſic ꝛ hoc obſtarent: ſi deducta vna cauſa: aliam in iu-
dicio proſequeretur: quam ꝛ forte proſequi poſſet: licet non poſſet
de nouo ſuperuenientem: vt dicto capitu. abbate: tamen hoc non
tenetur: vel ſcdm Cal. illud ideo quia in appellatione totũ ius de-
ducitur ſine aliqua cauſe exꝓſſione: hic alicuius cauſe expreſſio exi-
gitur merito expreſſio reſtringit. Vbi autẽ actum eſt ſimpliciter: qꝛ
dominus: omnis cauſa videẜ in iudicium deducta. Et ſi proſecu-
tio eſt facta generalis obſtat exceptio in omnibus. Si ꝓſecutio eſt
facta ſpecialis libellus non reſtringitur ad proſecuta: poſſum ta-
men in obmiſſis ex legitima ignorantia petere reſtitutionẽ ad cau-
ſas obmiſſas vt. l. ſi iure. in prin. ff. de exer. rei iudi. Fallit in matre
que auditur ꝛ ſine reſtitutione ꝛ legitima ignorantia in bonis filij
vt. l. ſi iure. ſecundum aliam lectu. ſed ſi ago ratiõe dominij vel qua
ſi tenendo qđ libellus ꝓcedat: de quo dicam. j. ſi proſecutio eſt fa-
cta ſimpliciter ſuper vtroqꝫ obſtat exceptio in omnibus: puta quia
proſecutus eſt qđ ad ſe pertineat ſi eſt facta proſecutio ſuper aliqua
tantũ vt ſuper dominio. Gloſ. de re iud. abbate dicit qđ non obſtat
exceptio niſi in proſecuto: quam ſic intelligit Bar. in. d. §. actiones
quod eſt verum niſi proſecutio ſit doloſe obmiſſa. ff. de arbi. l. de re-
9 bus: ſecundum Bar. qui tex. nõ eſt alibi. † Quid autem in ypothe-
caria quid in mixta quid in actione ſcripta in rẽ: quid cõfeſſoria: an
in talibus procedat quod dictum eſt. S. in pura reali: vide Bart. in
d. §. actiones: vbi an ſufficiat allegare cauſam actoris ſui: an debeat
cauſam propriam allegare quod hic non proſequor breuitatis cau-
ſa: concludit tamẽ procedere libelluꝫ in ſucceſſione vniuerſali: quia
eadem de perſona cũ defuncto. alle. l. iij. ff. de peti. here. et qđ tangit
Cy. in. l. fi. C. de here. inſti. In ſucceſſore ſingulari nõ quia ad ipſum
non tranſit titulus auctoris: licet eo iuuetur. alle. dictaꝫ decr. abba
te ſane. de re iudi. lib. vj. dicit tamẽ gloſ. vnum incidenter. qđ hic li-
bellus procedit: peiorem ratione dominij: vel quaſi: videtur qđ li-
bellus non procedat quia hic deducit cõmunia. glo. inſti. de act. in
prin. tenet libellum nõ procedere de iure ſed conſuetudine tantum.
Idem gloſ. in. d. capitulo abbate. Idem not. de teſta. Ray. Inno-
cen. de in integ. reſtitu. conſtitutus. ſaluat libelum propter incerti
tudinem dans pro regula: qđ vbi ſurgit incertitudo ſuper iure: ſiue
ſurgat ex facto proprio: ſiue ex alieno: qđ alternatiuus libellus ꝛ in
certus procedit. l. j. §. qđ autẽ. ff. quorum le. ꝛ. l. que de tota. §. incer-
ta. ꝛ. fa. herciſ. l. ſi nõ omnes. §. incertum. ad hoc. l. j. in fi. ff. ſi pars he
re. pe. glo. in. l. ſi in rem. ff. de rei ven. quicquid dixerit glo. in. l. qđ in
heredem. §. eligere. ff. de tribu. Guil. in ſpe. de ac. peti. §. ſequitur. v
ſi. Iteꝫ no. qđ ſi actor tenet qđ non procedit libellus quia ignorare
cauſam actoris ſui fuerit dominus vel non eſt ſupina ignorantia:
quia ſcire debet conditiones eius cum quo contrahit. ff. de reg. iu.
l. qui cũ alio. ad hoc gl. de elec. vt qs duas. in verbo renuntiare. ad fi.
lib. vj. ꝛ hoc tenet gloſ. in. c. abbate de re iudi. li. vj ſaluari poteſt li-
bellus: quia in facto longinquo ꝛ intricato etiam proprio: vel eius
cum quo contrahit cadit probabilis ignorantia. ff. de acqui. poſſ. l.
peregrine. de ſen. excommu. cum illorum ad fi. Not. gloſ. de proba.
tertio loco. ff. de confeſ. l. j. no. Dy. in regula preſumitur. de reg. iu.
lib. vj. probatio autem ꝛ conſequenter certitudo an quis ſit domi-
nus valde difficilis eſt vt no. ff. de acqui. poſ. l. rem que nobis ꝛ pa-
tet. j. de reſti. ſpo. ꝛ qđ dato probabili dubio etiam ſi nõ dependeat
a facto rei procedit libellus incertus tenet Inn. in. d. l. conſtitutus:
ꝛ Archi. iij. q. iij. offeratur. ad hoc de teſta. Ray. ꝛ qđ procedat libel-
lus tenet glo. que late diſputat opi. in foro canonico in. d. c. abbate.
in verbo dominum vł quaſi hec etiam probatur per tex. quia in fo
ro canonico proceditur magis ſimpliciter. de iudic. dilecti: ꝛ quia
hic non eſt pertinax contradictio: quia dicens ſe quaſi dominum
agendo publiciana non negat ſe dominum nec aſſerit preciſe: ſed
quod putat ſe dominũ dicendo ſe dominum non repugnat omni-
no idem ſi diceret ſe non dominũ non procedit libellus. Ideo ſi pro
bet dominium obtinet quia cenſetur dixiſſe ſe putaſſe dominum ꝛ
eſſe dominum. Si probat in publiciana obtinet quia cenſetur di-
xiſſe ſe dominum quo ad ſuam opinionem. licet non pateat euꝫ do
minum quo ad veritatem. de hoc in ſpecu. de libelli conceptione.
§. iam nunc videndum. verſi. ꝛ not. quia talis libellus vbi quidam
reſtringunt libellum procedere quando incertitudo eſt ex parte rei
non quando ex parte actoris ſed tene primum. ad hoc qđ no. ſpec.
de cau. poſ. ꝛ proprie. §. notãdum. verſi. alie ſunt. Idem ibi conclu-
dit ſpe. ꝛ Io. an. poſt eum vbi omnia iura alle. pro ꝛ contra qꝛ que-
libet ꝓbabilis ignorantia excuſat libellantem et remittit ad. §. qđ
autem per que dicit de ignorantia ſtari iuramẽto. Idem no. xxiiij.
q. ij. in ſum. vide gloſ. ij. queſt. viij. libellorum ꝛ ibi archi. et arguit
ad. q. ſi peto fundum in tali loco ſitum cuius cõfines non exprimo
quia ignoro ꝛ concludit ſi confines non ſunt neceſſarij quia alias
fundus eſt certus procedit libellus ſi non eſt fundus certus tunc ſi
poteſt in proximo certificari non admittitur libellus ſi non poteſt
admittitur nec ꝓficit ꝓteſtatio de certificando ad merita vbi au-
tem poteſt quia ante libellũ debet certificatio fieri: vł in libelli obla
10 tione vł poſt incontinenti ante proceſſum. ¶ † Venio ad ſecundũ
ad practicam libelli in perſonali. Dicit glo. cauſam agendi in libel
lo expri-

lo exprimendam alias reus non arctatur ad reſpondendū.j.e.c.ſi.⁊
hoc quia cauſa precedere debet ex qua aliquid debebitur.ff.quādo
di.ce.l.hoc.legatum:quam exprimere prodeſt actori:quia ſi poſtea
ex altera cauſa aget nō obſtat exceptio.ff.de excep.rei iudic.eandē.
§.actiones.j.de cauſa poſ.c.ſi.⁊ in hoc idem gl.qꝺ in reali ſecundū
glo.Aduerte inquantum glo.dicit ſententiā latam ſi agitur ex vna
cauſa poſtea agatur ex alia obſtare bene dicit ſuper hoc.tamen dic
vt in.l.licet.C.de iudi.⁊ no.de tranſact.c.j.quia refert an petitio ſit
generalis ⁊c.vt ibi dicitur.Inquantum dicit cauſam exprimendā
in perſonali vt exprimitur in reali hoc nō eſt bene dictum:q: in rea-
li debet exprimi proxima ⁊ non eſt neceſſe qꝺ exprimatur remota:
quia ex proxima certa concluditur cauſa agendi:qui ⁊ certam actio
nem concludit ⁊ ſufficit ſic libellum certificare:qꝺ actio certa cōclu-
datur:nam hoc quia dominus concludit qꝺ hac actione agere vo-
lo que appellatur rei ven.ff.de rei vend.l.in rem:in perſonali vt di-
xit non ſufficit expreſſio proxime vt ago quia obligatus es:quia ex
hac certa non concluderetur actio:potes enim ex mutiplici cauſa
mihi obligari:ſed dominium non concludit:niſi vnam rei ven.hoc
verum parte petente:ſed ſi non petat procedat libellus:ago quia
obligatus.C.de an.exc.l.ſi.ſecundū Bu.i.l.edita.debet ergo dicere
ago quia mutuaui:nec expedit qꝺ dicat ⁊ quia obligatus:quia ſa-
tis hoc concluditur eo quia dico ago quia mutuaui:quidam tamē
tenent proximam cauſam etiam exprimendam:quia ſi dico ago q:
mutuaui:non ſequitur hodie es obligatus:quia poſſibile eſt qꝺ ſit
ſolutum.Iſta enim ſtant ſimul me mutuaſſe ⁊ te non eſſe obligatū
non concludit:ergo libellus.Item quia ex quo dicit quod mutuaui
ſupponitur obligatio de preterito ⁊ preteritum tacite abnegat pre
ſens.ad hoc tex.cum gloſ.in.l.certum.§.j.de confeſ.vbi ſi confiteor
me fuiſſe obligatum tacite nego me nunc obligatum.ꝯmunis opi.
qꝺ procedat libellus:⁊ hoc tangit Cy.in.l.edita.C.de eden.Dy.et
Ultra.inſti.de act.in prin.quia ſufficit libellum concludere vere:vl'
pſumptiue.l.omnes.§.lucius.ff.de his que in frau.cre.Si dico mu
tuaui iam ſupponitur ꝙ fuit obligatio:niſi ergo probetur accidēs
ſolutionis:vel aliud quod:non preſumitur ſemel poſitum ſemper
preſumitur in preſens vt regula ſemel malus no.de ſuc.ab inte.c.ſi.
ideo cōcludit libellus niſi aliud ab aduerſa parte probetur.C.de p-
ba.l.ſiue poſſidetis:non ob.qꝺ verbum de preterito habet tacitam
abnegationem de preſenti:quia id fateri poſſet quo ad verbum ex-
preſſe poſitum de preterito:non quo ad id quod ſequitur ex preteri
to:vel ex illo concluditur quia illud expreſſe non ponitur in preteri
tum immo eſt dubium qualiter ponatur:⁊ in dubio reducentur ad
mentem libellantis:vt no.de officio or.conquerente.⁊ dicam.j.ad
hoc.de cau.poſ.cum eccleſia.Si dico mutuaui:non dico obligatus
fuiſti:expreſſe poſſum iſtud tacitum intelligere ⁊ in preteritum ⁊ in
preſens.Sed dices preſumptum niſi allegetur non ſufficit:not.ff.ſi
certū.pe.l.cum quid.ff.de vſuris.l.cum de in rem verſo.ff.de adul.ſi
adulterium cum inceſtu.§.idem pollioni:propter quod quidam vl
tramontani ſuper ti.de ac.inſti.in prin.⁊ recitāt domini de rota in
loco.j.allegato:recedunt ab hac opi.⁊ faciunt differentiam an ſur-
gat preſumptio iuris ⁊ de iure:⁊ procedit libellus licet non allege-
tur:ſufficeret ergo dicere peto te in vxorem:quia ſponſalia contra-
xi:⁊ te cognoui.de ſpon.is qui:ſed non procedit in preſumptione
iuris:niſi cauſa allegetur preſumpta vt in iuribus predictis habe-
tur quod dicit verum Bar.in.l.cum quid:quando preſumptio ſur-
git a facto proprio:ſicut erat hic:⁊ ad.l.lucius.§.omnes.Reſpon-
detur per hoc ꝙ illud procedit quando preſumptio ſurgit ex facto
alieno.Reſpondeo quicquid ipſi dicant hoc procedit.nec ob.l.cū
de in rem verſo:⁊ ſimiles:quia ſi preſumptio ſurgit ex verbis imme
diate:ita qꝺ proportionetur ſono verborum procedit:ſi mutuaui
ſequitur qꝺ es obligatus:ſequitur qꝺ ſi aliud non apparet qꝺ obli-
gatio hodie duret:⁊ hoc ex vbis quia mutuaui:ſed ſi dico qꝺ in de
cennio ſoluiſti.x.verba iſta non determinantur ad certam cauſam:
nec ex iſtis verbis aliqua certa preſumitur:oportet ergo qꝺ certifi-
centur ex allegatione:alias non procederet libellus:nec pſumptio
operaretur maxime hoc verum patet ex concluſione que dicit eum
obligatum:ſatis ergo alle.Per hoc videtur velle Cy.in loco preal
legato qꝺ hic libellus non procedat:ago quia fuiſti obligatus quia
nunc verba ponuntur obligationis in preteritum:⁊ ſic negatur ob
ligatio in preſens.hoc Bart.ſequitur in.l.certum.§.primo de con-
feſ.quod mihi non placet:quia ex quo petit de preſenti eum condē
nari intētio eius nō eſt negandi de pſenti:⁊ licet ponat de preterito
pſumitur de preſenti:ex quo p accidens quod non preſumitur:non
apparet obligationem mutatam:quod tenet ſpe.⁊ ſequitur Jo.an.
in addi.ſpe.in ti.de act.⁊ peti.§.ſequitur.verſi.quid ſi ago contra te
in.viij.collū.vbi dicit procedere libellū ago contra te rei ven.q: fui
domin⁹:nō tamen pcedit hoc in pnalibus:vt dicit Inno.de indi.
nouit:q: ibi querim⁹ veritatē:nō preſumptionē.Unde dñi de rota
ſua cōclu.xxxij.vbi dicunt pcedere libellū dico fundum ad me pti-
nuiſſe:vel pertinere conſueuiſſe:ideo mihi eum reſtitui peto:q: ſuf-
ficit libellū preſumptiue pcedere vt.ꝺ.§.lucius.ad.l.certū reſpōdet
qꝺ loquitur in cōfeſſione que ex preſumptione vltra verba non ex-
tenditur contra confitentem:ſed pro eo interpretatur vt no.in.l.in
ter ſtip.§.primo.verſiculo ob.de cau.poſ.cum eccleſia ⁊ in regula cō
tra eum.de reg.iur.li.vj.hic in libello qui pro libellante latiſſime in
telligitur:vt.l.ſolemus ⁊.l.ſi quis intentione.ff.de iudi.de cau.poſ.
cum eccleſia.ad iura alle.in cōtra.de.l.cum de in rem verſo:reſpon-
dit vt.ſ.Que autem cauſa debeat in libello exprimi certū eſt in vni-
uerſalibus ⁊ ſingularibus actionibus.Actio autem de neceſſitate
non eſt edenda in libello:vt dixi.de iudi.examinata:immo plus di
cit Odoff.in.l.edita.C.de eden.quod nō ſufficit quod edatur:quia
per illam non bene eſt certus reus:⁊ hoc in perſonali:ex quo editur
ſine cauſa.In reali autem dicit quod ſufficit dicere ago rei vendi.
⁊ ſunt verba Azo.Dicit glo.ij.quod exigitur ſpecificatio rei vel iu
ris quod petitur:ſed in hoc eſt differentia inter vniuerſales ⁊ ſingu-
lares actiones.In vniuerſalibus non eſt neceſſe exprimere res ſin-
gulares:ſed ſufficit quod generalibus verbis includantur:nam ſuf
ficit dicere peto talem hereditatem:quia ſum heres.ff.de peti.here.
l.iiij.⁊.l.ſi quo tempore.ff.ſi pars here.pe.l.prima ⁊ vlt.Similiter
etiam valet condemnatio generalis in talibus.condemno te ad re-
ſtituendam hereditatem que fuit talis.Idem dicit in generalibus
iudicijs:vt in actione tutele:negociorum geſtorū:⁊ ſingulis ſimili-
bus.Ad huius declarationem eſt ſciendum quod quedam ſunt ac-
tiones ſingulares vt que competunt ad ſingulas res:vel ad ſingula
iura:⁊ in iſtis res que petitur exprimēda eſt:vt.ſ.dixi in reali Que
dam ſunt actiones vniuerſales:que competunt pro iuribus aut re
bus vniuerſalibus:quia apte ſunt comprehendere plures res:⁊ vni
uerſaliter iura:ſecundum Inno.in capitulo conquerente de officio
ordi.vel ſecundum Bar.in.l.prima.ff.de eden.vniuerſales ſunt que
competunt ad aliquid quod ſui natura ⁊ ſignificatu eſt aptum mul-
ta in ſe comprehendere ſiue ſit vniuerſitas iuris vt hereditas:ſiue fa
cti vt peculium:quod dic vt.ff.de pec.l.iij.vel caſtrum:vt dicit In.
de reſti ſpo.cum ad ſedem.Exempla ponuntur in primo.in actione
fa.herciſ.in petitione hereditatis in actione ex teſtamēto:que pro
tota competit hereditate reſtituenda ex trebel.ſed melius tunc cō-
petit iudicis officium:actio ex empto que competit vbi tota vendi
tur hereditas.⁊ quod dixi de petitione hereditatis quod ſit vniuer
ſalis:illud tene:licet glo.de cau.poſſ.cum eccleſia.illam appellat ge
neralem.Quedam ſunt actiones generales que comprehendunt in
ſe plures res vel plura capitula non ius vniuerſum:vt in actione
negociorū geſtorum:⁊ in actione mandati:pro geſtione generali:in
actione tutelle:⁊ ſimilia que continent in ſe plura capitula:vt admi
niſtrationes panis ⁊ vini ⁊ ſimilium.Quedam ſunt actiones de qui
bus dubitatur an ſint vniuerſales an generales vel ſingulares.Ex-
emplum in actione pro ſocio in omnibus bonis:⁊ licet Innocen.
dicat iſtam forte generalem ⁊ glo.hic:puto ipſam forte vniuerſalē
ex quo ad omnia bona refertur:⁊ iura:⁊ quia apta eſt comprehende
re hereditates:vt actio ex empto pro hereditate.Secundo eſt dubi-
um de actione que competit pro iure epiſcopali:an dicatur genera
lis vel vniuerſalis ⁊ Innocen.de officio ordinarij.conquerente.di-
cit illam generalem non vniuerſalem:quia certa dumtaxat compre
hendit capitula.Idem dicit ſpe.in ti.de act.⁊ peti.§.ſequitur.verſi
porro in.xiij.coll.ſed certe poteſt' dici vniuerſalis:quia ſub ſigno-
facti comprehēditur apto ſignificare plura vniuerſaliter:vt ius epi
ſcopale:ſicut peculium ⁊ ſimilia nam grex ⁊ armentum ⁊ actiones
pro illis competētes poſſunt dici vniuerſales:quia in ſe continent
vniuerſitatem facti vt.l.j.§.ſi.ff.de rei ven.peculium autē vniuerſa-
lis iuris eſt.vt.l.venditio:alias vendicatio.eo.ti.hoc vltimū tenet
Innocē.de ſepul.certificari.vbi dicit qꝺ hec petitio cōtinet vniuer-
ſitatem iuris ſicut petitio hereditatis.ideo eſt vniuerſalis.ad hoc
alle.de reli.do.conſtitutus:⁊ hoc ponit in glo.magna.verſi.quid ſi
dicat.Tertio eſt dubium quid ſi actio ſui natura eſt ſingularis ſed
addicitur ad vniuerſitatem bonorum abſq; iuribus vt peto omnia
bona que poſſides in tali loco vel quartam omnium legatorum a
parrochianis meis:vel a tali parrochiano meo.Inno.primo dicit
qꝺ hic libellus nō eſt vniuerſalis nec gñalis:vt ipſe no.de ſepul.cer
tificari quia libellus non dicitur gñalis niſi aliud precedat aptum
comprehendere in ſe plura:abſq; alterius ſigni adiectione:vt eſt
peculium grex armentum ⁊ ſimilia:concludēdo eum ibi quia mul-
tum ſe inuoluit videtur mihi ſua intentio quia ſi petitio dirigitur
ad quartā omniū relictorū a ſepultis in eccl'ia:quia nō vna res tan-
tum petitur:ſed multe:gñalis ſit petitio ⁊ non vniuerſalis:⁊ opor-
tet qꝺ in proſecutione declarētur petita licet non in libello.Idem
puto de iure parrochiali ſicut quādo petitur adminiſtratio de ſale
vino ⁊ ſimilibus:ſi petitio dirigitur ad quartam aliquorum ſepul-
torum in eccleſia:q: tunc petitio nō eſt gñalis apta comprehende-
re plura:ſed ſi petitur principaliter ius declarari ſibi ius eſſe colli-
gendi quartam relictorum parrochianis ⁊ conſequēter petat acceſ
ſorie quartam relictorum a tali vel a talibus bene procedit petitio:
ſed non quia petitio ſit vniuerſalis:ſꝫ quia in principali petitio ſa
tis eſt certa:licet non acceſſorie petita vt.j.dicam.Inno.in.c.cum
ad ſedem.de reſtitu.ſpo.prima facie velle videtur hanc petitionem
non eſſe gñalem.Sed dic ꝙ dicit qꝺ hec petitio non eſt vniuerſa-

lis:ſed bene generalis:⁊ pro tanto dicit q̃ oportet quod res ſpeci-
ficentur in iſta non intelligas in libello:ſed poſtea in pſecutione:et
hic erit verus intellectus Innocē.et hic ſequitur ſpe.in ti.de act.et
peti.§.ſequitur.ver.quid ſi peto.in.xv.col.vbi dicit hunc libellum
generalem peto quicquid poſſides in tali loco.idem Ja.de are.in
l.deꝫ pupillo.§.qui nunciat.ff.de no.ope.nun.de hoc libello peto
omnia que poſſides.Bart.tangit ſed non decidit in.l.rei appella-
tione.de ver.ſigni.⁊ remittit ad.l.titia cum teſtamento.§.j.de le.ij.
et.l.vxorem.§.legauerat.de le.iij.in.l.titia.§.j.dic q̃ bene proce-
dit libellus peto villam talē ſed non peto omnia que poſſides in ta
li loco per illum.§.tene primum.Ex premiſſis patet q̃ quandoq̃
actio eſt vniuerſalis quādoq̃ gñalis naturaliter quandoq̃ vniuer
ſalis ex accidenti:vt vendico peculiumvel ago ex empto ad heredi-
tatē: quandoqꝫ generalis ex accidenti:quandoq̃ petuntur plura
ſub ſigno generali.Remanet ergo cōcluſio q̃ ſi petitio eſt vniuer-
ſalis vel naturaliter vel propter accidens procedit petitio ⁊ proſe-
cutio generalis:⁊ ſufficit q̃ in executione res poſtea declarentur:⁊
ſi ex poſt facto apparet quem poſſidere in iudicio cepto proficeret
declaratio:q̃ ſit heres vt poſtea poſſet petere executionem in illa
vt.l.iiij.ff.de peti.here.facta condēnatione ſummarie poterit con-
ſtare q̃ aliqua res fuerit de hereditate:⁊ in illa poterit ad executio
nem procedi:vt.d.l.iiij.ff.de pet.here.⁊ no.ſpe.in ti.de act.⁊ peti.§.
ſequitur.verſic.quid ſi ago.in ti.de iudi.§.j.vbi ponit hanc mate-
riam:⁊ hoc tenet glo.in.l.j.ff.de eden.Bar.ibi per hoc allegat.l.de-
fenſionis facultas.de iure fiſci:⁊ dicit q̃ hoc facit ad practicam cur
rentem in partibus italie:vbi inſtrumēta habent executionem pa-
ratam:ſicut ſententia ſi eſt aliquod inſtrumentum non liquidum:
vel obſcurum:ſicut eſt q̃ pmiſiſti indemnitatem petam executio-
nem ⁊ in iſta executione declarabitur.alle.l.j.C.de ſen.que ſine cer.
quanti.et pcedunt predicta etiam ſi petitio vniuerſalis dirigat ad
vnam rem tantum:vt peto me declarari heredē contra titium poſ-
ſidentem talem rem:quia ſi reperiretur q̃ aliam poſſideat ad illaꝫ
condēnabitur officio iudicis.ff.de peti.here.l.iiij.ad hoc q̃ not.in
ſpe.in tit.de iudi.in.ſ.⁊.iij.forma libelli.In vniuerſalibus per que
dicit hic glo.q̃ procedit hic libellus peto mihi hereditatem reſti-
tui:quia ſum heres.Non placet hic libellus.Bar.in.l.j.ff.de eden.
quia declaratio q̃ quis ſit heres bñ venit in re actionis:ſed execu-
tio fit officio iudicis.Ideo debet dicere peto me heredem declara-
ri ⁊ officio veſtro res hereditarias mihi reſtitui:ſicut in reali.ff.de
rei ven.l.officium ⁊.l.qui reſtituere:puto tamen q̃ libellus poſſet
ſaluari vt inquantum dicit peto mihi hereditatem reſtitui:quia
ſum heres:ſubaudi per prius me herede declarato ad hoc q̃ no.gl.
de reli.do.conſtitutus ⁊ q̃ no.Bart.ff.de rei ven.l.ex diuerſo:vbi
dicit libellum procedere peto te condēnari ad reſtitutionem rei:q
ſum dominus:quaſi per prius videatur petiiſſe ſe declarari domi-
num quia vbi plura veniunt ordine ſucceſſiuo:qui vult vltimum
velle videtur antecedentia.ad illud.l.illius.de acqui.here.l.ad rem
⁊.l.ad legatum.ff.de procu.cum ſi.⁊ idem ſpe.in ti.de libel.concep.
§.ad huius ti.verſi.hoc antē notandum.Dicit tamen hic Hoſt.q̃
dicere debet an ſit heres ex teſtamēto vel ab inteſtato.ff.de petit.he
re.l.legitimam.de iudi.alias.de condi.l.fin.idem Gui.de ſuꝫ.in.l.
edita.C.de eden.vide omnino q̃ ſi dicat ex teſtamento dicat vtruꝫ
ſolenne vel nuncupatiuum:quia aliter pbatur vnum q̃ reliquum:
⁊ multa veniunt in vno pluſq̃ in reliquo.C.de teſti.l.hac conſultiſ-
ſima.Joā.an.dicit hoc non pcedere de iure canonico:vt no.de te-
ſta.cum eſſes ⁊.c.relatum:nec etiam procedit de iure ciuili:vt dicit
Bart.in.d.l.j.q eo q̃ dicit inſtrumētum vel teſtamentū dicere vi-
detur ſolēne.ff.de contrata.l.nō putauit.§.non queuis.C.de iuris
⁊ fac.igno.l.iiij.debet etiam exprimi ſcḋm doc.hic quis fecit teſta-
mentum:non omnis poteſt teſtari.j.de ſuc.ab inte.ca.ſi.C.qui te.
fa.l.furioſum ⁊.l.diſcretis.Idem videtur q̃ ſi dicat ab inteſtato de
beat dicere an de iure ciuili vel pretorio an municipali:vel cōſuetu
dinario.ff.de peti.here.l.j.ſ.iij.⁊.iiij.nā ⁊ mater facit mētionem ter
tuli.ff.de excepti.rei iudi.l.ſi iure.ſed forte hoc fecit ex abundanti:
quia non eſt hoc aſſignare cauſam principalē.ſed potius cām cau-
ſe ⁊ ſic res pcederet in infinitum cōtra id.de reſcrip.c.ij.li.vj.Itē q
licet leges tali ſubtilitate vtantur in canonibꝰ reſpuimus.de iudi.
dilecti.de teſta.cū eſſes:⁊.c.relatum:⁊.c.cū tibi:⁊ plures cauſas quā-
doqꝫ admittimus in libello.j.de fide inſtru.c.inter dilectos.de re-
ſcrip.cū olim que omnia dicit Ho.cuius verba ſunt cōmittenda iu-
dicis arbitrio:quia hec diuerſa ſunt:⁊ diuerſas defenſiones habēt
poſſet em̄ eſſe ſtatutarius excōicatus pſcriptio.cōſuetudinis inter
rupta ⁊ alia que defendūt reū.ff.de inter.ac.l.⁊ ſi ſine.§.illud.alias
eſt.l.defenſor:⁊.ſ.de trāſac.capitulo ſi.ad hoc quod no.in ſum.co.
titu.§.quid debeat continere libellus vide materiam glo.in ſpecu.
de actione et peti.§.ſequitur verſi.ſed ſi ius:vſqꝫ ad.verſi.ſed hec.
Si autem actio eſt generalis quod quando ſit dixi.ſ.gloſ.hec diffe-
rentiam facere non videtur inter generalem ⁊ vniuerſalem:ſed dif-
ferentia eſt in hoc quia in vniuerſali ſufficit petitio generalis:et
proſecutio generalis nec eſt neceſſe quod in proſecutione hoc de-
claretur ſufficit quod declaretur in executione:quia principaliter
agitur vt declaretur ius cōpetere agenti:⁊ officio iudicis vt res reſti
tuantur.In generali autem oportet vt in prima inſtantia res de-
clarentur ⁊ ſpecificentur ⁊ probentur in proſecutione:que quando-
q̃ probabuntur per iuramentum in litem.ff.de in litem iuran.l.in
actionibus.ff.de admi.tu.l.tutor qui repertorium:ad hoc quia ſen-
tentia lata in generali iudicio non obſtat niſi in proſecutione:vt.l.
licet.C.de iud.principaliter enim fit condemnatio ſuper rebus non
ſup iure ad res ⁊ ſuper articulis.Ideo oportet q̃ ſpecificent ⁊ pro-
bentur in inſtātia:ex quo ſup eis debet principaliter ſeq ſnia in ta-
libus tñ valeret ſnia gñalis:vbi aūt agit de actione ſingulari:opor
tet q̃ libellus ſit certus.⁊ proſecutio ēt certa:ad hoc vt pcedat ſen-
tentia etiam debet eſſe ſpecificata.inſti.de act.§.curare:hoc verum
in principali petito:ſi tamen aliqua incidenter ⁊ acceſſorie peteren
tur vt ſunt fructus ad rem petitam de quo per Cy.in.l.certum.C.
de rei ven.ad hoc.l.cum propria.C.ſi quis alteri vel ſibi.vbi Cy.vel
damna ad principalem reſtitutionem rei:vel pertinentie ad eccleſiā
vel caſtrum:tunc dato q̃ libellus non procederet:ſi principaliter
illa acceſſoria vt principalia peterentur:niſi ſpecificarentur proce-
dit petitio generalis:quando veniunt acceſſorie:vt dicit Innocen.
in.d.c.certificari:⁊ no.de or.cog.cum dilectus ⁊.de reſti.ſpo.cum ad
ſedem ⁊.ſ.de offi.or.conquerente.Ideo procedit hic libellus peto
eccleſiam cum pertinentiis:quod ſatis puto:tum quia acceſſorie pe
tuntur:tum quia verbum pertinentie eſt ſignum ſonans iuris vni-
uerſitatem per quod videtur quod etiam ſi principaliter peteren-
tur:videtur quod procedat libellus generalis per no.in.d.capitulo
cum ad ſedem.de reſti.ſpo.⁊ hoc tenet ſpe.in tit.de act.⁊ peti.§.ſe-
quitur.in prin.idem in ſpe.de offi.iudi.§.primo alle.dictum.c.cum
ad ſedem.Item nō procedit hic libellus peto fructus illius fundi:ſi
petatur declarari fructus ſed ſic procedit peto fundū cum fructibus
vide Inno.in.d.c.certificari ad ſi.glo.magne.hic videtur notare cō-
trarium:vt dixi.ſ.poſt Inno.ſed ſaluari poteſt vt procedat quod
ſ.dixit quando fructus non pñt certificari:vel quando non veniūt
acceſſorie ad principale petitum:⁊ procedat libellus peto reſtitutio
nem caſtri cum damnis illatis:vt.d.c.cum dilectus.quid de expen-
ſis dixi.ſ.Idem ſi petitur prebenda cum plenitudine iuris canoni-
11 calis.j.de preben.pro illorum.ad hoc de conceſ.preben.propoſuit:
⁊ no.hic docto.†De materia vide plures caſus in quibus procedit
libellus ⁊ ſentētia generalis per Inno.de exceſ.prela.tanta:vbi po
nit hanc vltimam regulam quod procedat libellus generalis in ac-
ceſſoriis:ſi petitio in principali ſit certa:quam dicit veram ſiue ſint
acceſſoria ad rem vt.d.c.cum ad ſedem:ſiue acceſſoria ſint ad actionē
vt fructus:⁊ oīs cauſa in terdicto vnde vi:⁊ in bone fidei actione.ff.
vñ vi.l.j.§.ex die.ff.depoſi.l.j.§.hāc:⁊ de rei ven.l.que de tota ſiue ac
ceſſoria ad aliud ius:vt peto caſſari ſententiam:⁊ quid eſt poſt apel
lationem ſecutum:vt ibi dicit.Ponit aliam regulam quod ſemper
libellus procedit generalis:vbi habet locum officium iudicis deſer
uiens actioni:de quibus no.in ſum.ſub rubrica.de offi.iudi.nec ob.
l.ediles.§.Item ſciendum:quia non exigit illa numeranda in libel
lo:ſed in illo edicto:dicit tamen quod iudex inquantum poterit da
bit operam vt talia exprimantur vt certam poſſit ferre ſententiam.
Scḋam ponit regulam q̃ ſemper procedit libellus gñalis vbi pōt
ferri ſnia gñalis immo eque vel magis gñalis pōt eſſe libellus q̃ ſen
tētia quia ſententia illi ꝯformari debet:vt patet de ſymo.licet heli.
quia licet ſit incerta petitio curare debet iudex ⁊c.inſti.de ac.§.cura
re:⁊ quoſdam caſus ibi enumerat:quorum aliqui ſunt reducibiles
ad doctrinam ſupra traditam:vt eſt in ſententia pronuncio proceſ-
ſus irritos:vel ſententiam irritam:de reſcrip.cuꝫ dilecta.de elec.du
dum ⁊ generaliter quando caſſatur proceſſus:⁊ quicquid eſt ſecutū
ex eo vl̓ ob id de procu.auditis.Et ex his dat tertiam regulā quod
vbicūq̃ aliter nō poteſt cōmode ſpecificari in libello procedit libel
lus generalis:inſti.de off.iudi.c.j.⁊.C.de ſentē.que ſine cer.quanti.l.
ſ.alle.dictam.l.j.§.q̃ antē.ff.quoruꝫ le.inſtit.de act.§.curare.patet
12 etiam in acceſſoriis:vt eſt dictuꝫ.¶†Quero cum glo.⁊ hic eſt alter
principalis paſſus:an libellus poſtq̃ eſt proceſſus poſſit corrigi:vl̓
mutari:⁊ videtur quod non:q actor porrecto libello nō pōt deſiſte-
re ad actiōe intētata:vt patet de dolo.cauſam.in auct.qui ſemel.C.
quomodo ⁊ quando iu.q̃ procedit ex quo pars eſt citata p executo
rem:aut nuncium:vt reſpondeat ad libellum.In cōtrarium eſt.ij.q.
viij.libellorum.⁊.l.edita.C.de edē.dicit glo.quod immutari nō po
teſt libellus:ſi tales ſunt actiones que electione tolluntur.ff.de tri-
bu.l.quod heredē.§.eligere.Si tales ſunt actiones:que electiōe nō
tolluntur:tunc ante lit.conte.poteſt corrigi vel mutari poſt lit.con
te.non vt.d.l.edicta.Inquantum tamen dixit actionem poſſe mu-
tari intelligit glo.accumulando non deſiſtēdo a prima per dictam
auſ.qui ſemel q̃ ſic dicunt doc.legum intelligere.Dic quod tria vi
denda ſunt.primum quando eſt licita libelli emendatio que pro-
prie fit quando aliquid additur vel detrahitur ⁊ non ex toto corri-
gitur.Secundo quando licita ſit libelli mutatio que fit quando ex
toto poſitum in libello detrahitur altero ſubrogato.Tertio quādo
ſit licita libelli accumulatio:que fit quando ad actionem prius de-
ductam altera ſuper additur.¶Ad primum nūquid ſit licita libel-
li emen-

li emendatio hic proſequor tres caſus. ¶Primus qñ agitur de emē-
datione circa ſubſtantialia. Secundus quando agitur de emenda-
tione circa rem petitam. Tertius quando agitur de emendatione
reſpectu alicuius qualitatis. ¶Primo caſu dic quod in ſubſtātialibꝰ
admittitur emēdatio ante lit.conte. non poſt: ſi talia ſunt que non
pñt a partibus obmitti: vt dies locus in libello criminali.ij.q.viij.
libellorum: vel quod concluſio non eſt formalis in libello ciuili. In
quantum dixi emēdationem fieri poſſe. dic verum niſi lapſus tem-
poris impediat agi: quia nec tunc poteſt ante lit.conteſta. emēdari.
ad hoc.ff.rem.ra.l.fi. ideo ſi ſtatuto caueatur quod poteſtas non poſ-
ſit cognoſcere de delictis retro ꝯmiſſis a tēpore officij per duos mē-
ſes: ſi tempore emendationis libelli lapſum ſit tempus ꝛ ante lit.cō
te. mutetur libellus: nō admittitur emendatio. ꝛ ſi dicas cuꝫ nouū
libellum poſſet porrigere: vbi dixiſti poſſe emēdari: ad quid erit vti
lis emēdatio? dic ad expēſas: quas haberet facere circa libellū nouū
que erunt neceſſarie in emendatione: vt ſi aliqua gabella ſolueretur
de noua libelli porrectione: vel alique ſportule: ſi eſſent ſubſtantia-
lia que a partibus poſſent obmitti: poſſet quandocunqꝫ fieri emen
datio: vt ſi libellus ſit obſcurus que procedit ſi pars non petat decla
rari: vt.l.fi.C.de an.exce. Secundus caſus eſt quādo agitur de emen
datione libelli addendo vel detrahendo circa rem ipſam: dic ſecun-
dum Inno. ſi agitur actione vniuerſali addi poteſt ad libelluꝫ ꝛ de-
trahi vſqꝫ ad ſententiam. Idem gl.C.de eden.l.edita: immo ꝛ poſt
ſententiam ſi oſtenderem in executione illam rē per reum poſſide-
ri: vt.l.iiij.ff. de peti.here. vbi ſi ago contra te petitione hereditatis
ſi porrecto libello contingat te aliquam rem nouiter poſſidere: illaꝫ
poſſum a te petere: quod procedit abſqꝫ dubio quando cōcluſio eſt
generalis: vt peto me declarari heredem talis: ꝛ te condemnari ad
reſtituendum quicquid poſſides ex hereditate talis. Idem videtur
ſi concluſio eſſet ſpecialis ad rem: vt peto declarari me heredeꝫ: ꝛ ex
officio te compelli ad reſtitutionem talis rei: quia ſi aliam poſſide-
re incipis lite pēdente: illam potero addere ad libellum: ꝛ eſt cauſa
quia libellus non mutatur in ſubſtantia actionis: ꝛ inquantum ne-
ceſſarius eſt libellꝰ: ſed in ſola qualitate officij iudicis. ꝛ in qua par-
te non eſt neceſſarius libellus cum rei reſtitutio veniat incidenter
iudicis officio: in qua non eſt neceſſarius libellus: ꝛ quia rei declara
tio non eſt neceſſaria in talibus: ꝛ ſic intellige Guil. in ſpe. de libel.
concep.§.nunc oſtendamus. verſiculo vin. autē ꝛ columb. ꝛ Jo.an.
ibi in adi. Ubi aūt cōcluſio eēt gñalis nō eēt dubiū vt ibi dicit Jo.
an. Si tñ peto partem hereditatis non potero immutare petendo
totum: vel econtra: quia tunc contingit mutatio circa ſubſtantiam
actionis niſi prout dicam.j.in ſingulari: vide Odof.in.l.edita.C.de
eden. Bar. tamen in.l.edita. tenet quod ex quo actio eſt reſtricta ad
certam rem. non poterit poſtea emendari poſt lit.cont. ꝛ intelligit.
l.iiij. quando concluſio erat generalis. Idem per omnia dicit In.
in actionibus generalibus: ſed non placet hoc ſi libellus habet con-
cluſionem ad certam ſpeciem: quia tunc actio reſtringitur: ꝛ ſic non
poteſt fieri mutatio niſi vt dicam.j.in ſingularibus proſe.alle.l.licet
C.de iudi.ꝛ.C.de ap.l.fi.ꝛ.l.fi.C.de an.excep. puto tñ quod poſſet ad
dere reſtringendo genus vbi concluſio fuit generalis: quia poteſt re
ſtringere libellum vnam ſpeciem proſequendo: ſed ampliando con
cluſionem vltra ſpeciem ad quam eſt reſtricta concluſio non: ꝛ ſic lo-
quuntur iura que allegat Inno. In ſingularibus vero ante lit.cōt.
poteſt fieri additio vel detractio poſt non: ſecundum Bar. hec vera
inquantum addere intendit circa rem petitam. Si vero aliam adde
re velit: non poteſt niſi clauderetur actione deducta quia tunc eſſet
plus declaratio: ꝛ an claudatur vel non: dicit Bar. hic patere ex.l.
ſcire debemus. de verb.obli. vnde ſi eſſem ſtipulatus plures ſpecies
copulatiue: poſtea vellē expſſa vna in libello: nō poſſem: qꝛ tot ſunt
actiōes quot ſunt res: ſi obligatio eſt ad ſummaꝫ: vel vniuerſalis ad
plures res ſi vnā peto certā aliā poſtea addere poſſuꝫ ante lit.cont.
Item ſi petij quinqꝫ de ſumma de centum in ſtipulatione deducta
poſſum reſiduum addere. detractio autē poteſt fieri: ꝛ ante lit.cōt.
ꝛ poſtea: dummodo renunciet liti: reſpectu partis detracte: nam ſi
poteſt in totum liti renunciare. C.de pac.l.poſtꝗ̄ liti: poteſt ꝛ par-
ti. ad hoc quod no. de pac. cum pridem: ꝛ per hoc non ob. auſ. qui
ſemel: quia procedit quando libello porrecto: ꝛ citatiōe ſecuta: vult
deſiſtere a ꝓcedendo ſupſedēdo iudicio: ſecus ſi velit deſiſtere in to-
tum renunciando: vel in parte: vt eſt dictum. Fallit in caſu. C. de plꝰ
peti.l.vnica: vbi non poteſt deſiſtere ad vitationeꝫ pene: de qua ibi
quia ibi deliquit in plus petendo: ꝛ cautionem exigendo. Hec vera
inquantum agitur de additione ad principale ad petitum. In
quantum vult addere vel detrahere ad acceſſorie petita de occurren
tibus ante lit.conte. dicit quod non poteſt poſt lit.conte. fieri addi
tio.l.edil.§.item ſciendum.ff.de edi.edic.ꝛ.l.prima.C.de iudi. per
que dicit hic Inno. quod incrementa que veniunt ex fundo poteſt
petere.ff.de euic.l.ex mille. item fructus ꝛ partus.l.item veniunt.
§.non ſolum.ff.de.petitio.here. ꝛ hoc quia in talibus non eſt ne-
ceſſarius libellus ſpecialis: vt.ſ.dixi. Tertius caſus quando ad
libellum volo addere aliquam qualitatem: dic ſi emendatio vel de

tractio immutat ſubſtantiam actionis: non poſſum niſi vt dicam
j. quando agit mutare exempla.in.l.iij.§.docere.ff.vi bo.rap. Iteꝫ
ſi mutata qualitate immutatur ſubſtantia facti.ff.de adul.l.denun
ciaſſe.§.quid tamen: nam ſi agitur de adulterio cōmiſſo cum titio:
non pōt addi de adulterio cōmiſſo cum gayo. Per hec dicit But.
qđ ſi ſtatuto nobilis percutiens popularem in plus puniatur: quā
alio ſtatuto nobilis percutiēs nobilem: vel popularis popularem
quia popularis agēs qui ſe non dixit popularem: poſtea in proceſ
ſu non poteſt dicere ſe popularem: quia additur noua actio: ꝛ va-
riatur condemnatio: ꝛ mutatur delictum: ponit in.l.edita: agere
enim videtur condictione ex nouo ſtatuto. ad hoc qđ ſcribit Bar.
in.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his qui no.infa. ꝛ omnino vi-
de ibi Guil.de cu. ſi non mutatur actio vel factum: ſed augetur vel
minuitur condemnatio: admittitur etiam poſt lit.conteſtatā vſqꝫ
ad ſentētiam.l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa. ſcđm Bart.in.l.
edita. Inno. dicit qđ ſi non additur in libello qualitas: ſed ſoluꝫ in
proſecutione: tunc qualitas in proſecutione ſic allegata poteſt alte
rari: vt in.§.ſi detracta. Intelligendo ibi qđ dominus ſciuerit: aut
ignorauerit: non fuit in libello deductū ſed ſolum allegatum in ꝓ-
ſecutione ſed in ꝓſecutione non additur tantū qualitas: ſed deduci
tur in libello ſi ex immutatione vel additione: mutatur condēna-
tio: non admittitur niſi ante lit.conte. poſt non. vnde ſi egi primo
tributoria que non eſt ſubſtantia actionis ſed adiectio poſtea ago
de peculio quia ex immutatione alteratur condēnatio non admit
teretur emendatio ſi ex immutatione qualitatis non immutatur
condemnatio ſed ſolum qđ eſt in facultate ſoluendi vt quia ago ad
damnum paruum per ſeruum ſiue domino ſciente ſiue ignorante
fiet condemnatio ad damnum exactio tamen variatur vt.l.miles.
§.j.ff.de re iudi.ff.de peti.here.l.item veniunt.§.cum prediximus: ꝛ
admittitur alteratio ſic concorda Inn. ꝛ benedicit. immo plus pu
to qđ in executione poſſet declarare ſcientiam vel ignorantiam qñ
eſſet generaliter proſecutum quia ſicut exceptio que non tollit ſen-
tentiam ſed modificat executionem poteſt opponi poſt ſententiaꝫ
vt.l.fi.ff.de confeſ.l.j.ff.de iuris ꝛ fac.igno.l.tam ꝛ ſi ad mace. ſic ꝛ re
ſpiciens executionem poterit declarari in executione. emendatio
autem libelli de obſcuritate in claritatem poteſt fieri quandocūqꝫ
pendente iudicio quia hoc eſt vtile reo vt.l.inter ſtip.§.j.ff.de verb.
obli. ꝛ.l.pomp. ſcribit ſi frumentum.ff.de rei ven. dummodo fiat ꝑ
porrigentem libellum: nam per aliam fieri non poteſt etiam here-
dem vt ibi Hoſt. remittit ad ſum.eo.tit.§.vtrum poſſit ꝛ.§. ꝛ an li-
bellus. Fallit in caſu.c.ab eo: de elec.lib.vj. vbi qualitas non poteſt
mutari licet non alteretur condemnatio ꝛ hoc ſtatutum eſt in odiū
calumnioſe opponentium. Aliam opi. proſequitur hic Joā.andr.
poſt Vin. qui tenuit qđ qui plus petijt poſſit minus petere ſed nō
econuerſo niſi per nouum libellum.C.de aſſer.tol.l.j.§.vlt.ff.de iu-
13 di.l.de qua re. ¶ †Venio ad tertium an admittitur mutatio libel-
li ſubrogando vnam actionem loco alterius dic ſi vult in totum de
ſiſtere ab actione ꝛ inſtātia poteſt vt.l.poſtꝗ̄ liti: ꝛ porrigere habet
nouum libellum quia noua eſt actio ꝛ ſic opus eſt noua interpella-
tione. hoc verum niſi reus vellet in prima perſiſtere propter aliquā
vtilitatem maiorem quam ſperaret ex renunciatione. Quid enim
ſi aſſumpſiſſet ſe velle probare dominum.ff.de proba.l.circa naꝫ ex
renunciatione non conſequeretur dominiuꝫ ſed actionem: vt not.
Bart.in.l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acqui.poſſ. ſi non vult
deſiſtere nec ab actione nec ab inſtantia ſed ſuſpēdere ꝛ aliam accu-
mulare nō pōt vt in auſ. qui ſemel. Fallit in poſſeſſorio recuperan-
de quia accumulari ſic poteſt: ſuſpēdo vſqꝫ ad ꝯcluſionem in cauſa:
qđ dicit de reſti.ſpo. ex cōqueſtione ꝛ no. de cau.poſ.c.j.in cle.de ca.
poſ. paſtoralis. Fallit etiam in iure agēdi ex vitio odioſi ꝛ hoc pro
pter odium recipientis rē religioſam vt no. Ho. de conſti. eccleſia.j
Si vult deſiſtere ab inſtantia remanente ſalua actione et non pōt:
vt dicta auſ. at qui ſemel ꝛ.d.l.poſtꝗ̄ liti. ſaluo niſi inſtātia eſſet ma
le inchoata: vt qꝛ videret iudex abſolutoriaꝫ ſequi quia bene poſſet
ꝓponere apte vt de iudi.examinata ſed opus eſſet nouo libello: vt
ibi. Si vult deſiſtere ab actione ꝛ ꝑſiſtere in cauſa agendi vt qꝛ cau-
ſa eſt talis nature qđ ꝓducit diuerſas actiones reſidet in pectore iu
dicantis nā ſi egiſſet actione non infamāte ꝛ velit adere infaman-
tem non poteſt ſcđm Bar. ꝛ fuit dictum Guil.de cu.in.d.l.edita: et
odof. ante eū. Et dicit Bu. ſe practicaſſe hanc limitationem: intel-
ligit ſpe.in.ti.de libel.concep.§.nunc oſtendamus. verſi. Vin. dicit
ꝛ hoc ante lit.conte. poſt lit.conte. non admitteretur niſi cauſa eſſet
apta et actio inepta: quia tunc recidit in opi. de quibus.ſ.dixi. de
iudi.examinata ſi tenetur qđ poſſit ſequi condemnatio poſt lit.cō
te. ſuper cauſa apta ſi actio eſt inepta ꝓcedit qđ poterit: quia non
damnificat reus ſi tenes cōtra: nō poterit. deciſio patet ex alijs que
ſcripſi.ſ.de iudi.examinata. Si vult deſiſtere ab actione: ꝛ vult pro
ſequi eandem inſtantiam non poteſt: ex quo actio eſt noua opus
eſt noua inſtantia. Hec omnia procedunt ſiue ſit oppoſita clauſula
ſaluo iure addendi vel minuendi quam ponunt communiter aduo
cati quia illa modicum aut nihil operatur cum fiat proteſtatio de

non dependentibus a poteſtate proteſtantis: ſed iuris: vt dicit
Barto. in. l. non ſolum. §. et morte. ff. de noui. ope. nun. ⁊ dixi. ſ. de
conſti. cum. M. ⁊ dicit Bar. in. l. edita. ⁊ no. j. de fi. inſtru. inter dile
ctos: de quo per Hoſtien. hic ⁊ in ſum. §. ⁊ an libellus. verſi. et ſcd̃m
hoc patet. dicit tamen ſpe. in titu. de li. concep. §. nūc oſtendamus
ad fi. qd̃ hec clauſula operatur vbi plus petitur: ſaluo iure ſuperflui
quia excuſabitur a pena de plus peti. dicit etiam quod operabitur
vbi factum eſt dubium actori: quia conſeruabit poteſtatem adden-
di ⁊ declarandi: ſed vt. ſ. dixi. hec poſſet ſine libello detrahere: ⁊ de-
clarare: de alijs generalibus proteſtationibus in libellis: vide i ſpe.
de libel. concep. §. ad huius. verſi. Item conſueuerunt: procedunt
predicta in inſtantia principali: ſed an in appellationis inſtantia
poſſit addere ad libellum. Vin. dixit qd̃ ſic per. l. fina. C. de app. ⁊ p.
l. hanc ad hoc. de teſti. faternitatis: tene cum eo nil extraneum peti
poſſe in appellatiōis cauſa: ſicut nec poſſet in principali: q: nouus
libellus ⁊ iuramentum eſſet neceſſarium: ⁊ iudex ad quem ſubroga-
tur ſolum reſpectu eius quod eſt coram principali deductum: et q:
immutationem vel emendationem impedit lit. conte. que durat in
appellationis inſtantia. C. procu. ita demum. de temp. app. l. fina.
⁊ iura que allegantur loquuntur a parte rei: hec vera quando actor
vult addere: ſed ſi reus velit reconueniendo: an poſſit dicam. j. de
mut. peti. capitulo primo. Si tamen iudex in vnus condemnat ꝙ
debuit illud peti poteſt in cauſa appellationis, de teſta. Raynucius
⁊ capi. Raynaldus. Item ſi male compenſauit. de or. cog. cum dile
ctus. Item et incrementa pendente lite peti poſſunt: vt dixi. ſ. in
principali: per eadem iura: ⁊ generaliter que. ſ. dixi poſſe fieri poſt
lit. conteſt. ⁊ hoc dummodo non deducatur omnino nouum. de te
ſti. fraternitatis: immutans ſubſtantiam actionis. Nunquid autē
mutato libello vel emendato vbi poteſt reus debeat habere nouas
deliberatorias deciditur per caſum de dila. litere: ⁊ tangit hic gloſ.
Sed ex immutatione libelli in tantum contingit alteratio: qd̃ non
potuit circa additum ex antiquo deliberaſſe debet habere nouas
inducias. ⁊ damnabitur in expenſis ſecundum glo. quem fatigat in
tot deliberationibus ex variatione ſua. ff. de inter. ac. l. de etate. §. i.
Si potuit deliberaſſe non dantur noue inducie: vt. j. titu. j. litere.
Inquantum gloſ. dicit mutantem libellum damnari in expenſis.
Hoc eſt verum ſecundum Barto. quando ex hoc damnificatur reus
ſecus ſi non damnificatur quia eſt ſecundum eum: quando non co-
gitur aliter deliberare: vt quia ſolū adduntur confines: vel q: deli-
berauit in primo contendere: ⁊ nunc ſimiliter deliberat: nam p hoc
damnificatus non eſt: niſi per hoc lis ſit effecta longior: tunc enim
propter litem prorogatam damnaficabitur. Secus ſi prius delibe-
raſſet contendere: nunc deliberat non contendere: quia primas ex-
penſas fecit inutiliter. Certe et ſi primo deliberaſſet contendere et
nunc idem deliberaret poſſibile qd̃ res exigat nouam expenſam in
deliberando ad has tenetur quas fecit inutiles ſcilicet ad primas:
ſi deſiſtit ſecus ſi ⁊ deliberatam rem proſequitur ⁊ ſic intellige Bar.
qui dicit qd̃ hec cōdemnatio fieri debet officio iudicis. C. de fruc. et
lit. expen. l. terminato huic concluſioni ſatis applaudet ſpe. in titu.
de li. ob. §. nunc oſtendamus. verſi. quid ſi declarat. vbi ponit hanc
materiam. idem Guil. de cu. in d. l. edita. an autem ⁊ quando accu-
mulatio admittatur ad libellum aliquid tetigit Innocen. et ſcri-
bentes pe. in. l. quod in heredem. §. eligere Cy. in. l. prima. C. de fur-
tis. Barto. in. l. edita. C. de eden. ⁊ in. l. fundi. ⁊. l. fundus. ff. de exce.
Dy. in regula nullus pluribus. de reg. iu. libro. vi. Materia eſt pe-
riculoſa ⁊ plus legalis ꝙ canonica: de ipſa debent tractare extraor
dinarij ⁊ ſcribentes ſuper ſexto in dicta regula dicendum eſt vt ſu-
pra dixi. Antonius de Butrio.

1 ☞ Libello in actione pſonali non tenetur reus reſpondere ſi non
exprimatur cauſa.
2 Libellans compellitur ad petitionem rei exprimere cauſam agen
di in iudicio ſed non actionem.
3 Libello quare ſit cauſa exprimenda.
4 Libellus vt procedat qualis debet eſſe cauſa et an ſufficiat qd̃ con-
cludat ius agendi ex narratis et concluſis de iure communi ꝙꝙ nō
excludat ius excipiendi ⁊ non concludat ius agendi omni iure ſpe
ciali ex antecedenti conſiderato.
5 Actiones plures nunquid poſſint ſimul eodē libello accumulari.
6 Exceptiones litis non finite nō poſſunt ad proceſſum opponi niſi
ſint notorie.
7 Libellus an ex eius narratis concludat ius agendi vel excipiendi.

1 **Dilecti filij.** ¶ † Summatū eſt in prin. ⁊ diui-
ditur vt proxima ſcd̃a ibi. ideo q:
⁊c. ¶ Not. j. ar. p̄latum nō agere ſine conuentu: nec econ-
uerſo: ſed dic vt de reſcrip. edoceri. ¶ No. practicā oppo
nendi contra libellum: quia exceptio concedere debet ad proceſſuz
vt iudex non procedat ſuper libello non recte concepto vt debet: et
quod iudices ad vlteriora procedendo non admiſſa exceptione il-
lam reijcere videntur. Et nota. quod ab interlocutoria appellatur.

2 ¶ † Nota libellantem compelli ad petitionem rei exprimere cau-
ſam agendi in iudicio: non compellitur ergo exprimere actionem ⁊
3 eſt ar. quod reo non petente procedat libellus ſine cauſa. ¶ † Que-
ro primo quare cauſa in libello ſit exprimēda: dic vt reus deliberet
⁊ inſtruatur in defenſione: quam cognoſcere non poſſet aliter: niſi
in publicatione teſtium. Item quia ⁊ ſi libellus procederet ſine cau
ſa eadem ratione poſitio probatio ⁊ teſtimonium: quod eſt abſur-
dum: ⁊ ſic ſubuertuntur multa iura: quod non eſt ſentiendum. Se-
cundo per hanc decreta. inſtruunt doc. ſcz Pe. opponentem con-
tra libellum quod non petat declarari libellum: ſed opponat per ip-
ſum procedendum non eſſe: quia obſcurus eſt libellus: ⁊ hoc ne in-
ſtruat aduerſarium: nec debet tunc dicere iudex libellum declarari
debere: ex quo reus non dicit ſed excepta debet dicere reum non te-
neri reſpōdere: de quo in ſpe. de libel. ꝯcep. §. ſi. verſiculo. caueas. di-
cunt tamen quidam quod quando in libello perſonali non eſt cau-
ſa: ſtatum debet reus lit. conteſtari: quia non poterit poſtea muta-
re: vt no. ſ. c. proxi. ⁊ ſic reus abſoluetur: ſed hoc non placet: quia in
proceſſu poterit cauſam declarare ⁊ probare. C. de an. exce. l. vlt. naz
vt dixi declaratoria emendatio ſemper admittitur: quia ⁊ concer-
nit fauorem rei: puto tamen quod ſi hec vult appellationem iuſti-
ficare oportet quod cauſaz obſcuritatis declaret in apellatione. de
appel. cordi. li. vj. Hec procedunt ſecundum Cal. vt poſtea poſſint
declarare cauſam: quando nulla eſt expreſſa: vel quando alia adeſt
obſcuritas: vbi autem eſt expreſſa certa cauſa quia nullam alia po-
teſt addere ſi illa eſt inepta procedit cautela de qua primi dicunt de
re iud. abbate. li. vj. quem intelligo ſecundum id quod dixi ſupra.
4 ¶ † Quero qualis debet eſſe cauſa in libello vt procedat libellus
an ſufficit quod concludat ius agendi ex narratis ⁊ concluſis de iu-
re communi. ꝙꝙ non excludit ius excipiendi: ⁊ non concludat ius
agendi omni iure ſpeciali ex antecedenti conſiderato: quia hoc re-
ſeruatur ad merita in replicationibus ad ſuſtinendam actionem
vt. j. de exce. a nobis. Sufficit ergo dicere peto. x. quia mutuaui: nec
expedit quod addat. dico michi non eſt ſolum nec preſcriptum ⁊ qd̃
nullum feci pactum de non petendo. idem no. j. de accu. ſuper his:
ſi tamen hoc dicatur: per hoc non vitiatur libellus de reli. do. con-
ſtitutus. Inn. alibi latiſſime hoc proſequitur ſcilicet de re iudi. cuz
bertoldus. in verbo memorato: dic ſi actor ponēdo ius ſuum in libel
lo nō excludit ius excipiendi rei: ſine dubio procedit libellus: ⁊ dicit
Inn. hic. Si actor cōcludat ius agendi ⁊ cū hoc addat aliud: per qd̃
ſimpliciter excludat ius rei. Si ius rei excluſuz nō coadiuuat in ali-
quo ius agendi: non admittitur hic libellus: inquantum excludit
ius rei nō coadiuuans ius agendi: niſi oſtendat in quo coadiuuet.
Si in aliquo coadiuuat ius agēdi tunc ſi ſimpliciter negat ius agē-
di: admittitur libellus: ⁊ tunc ſi conſtat de non iure aduerſarij: ⁊ non
conſtat de iure agentis planum quod nō prodeſt agenti. de reſcrip.
olim ſed an obſit reo dic vt ibi no. Innꝰ. ⁊ tangit compo. de reſcrip.
capitulum. ⁊ in. d. c. cum bertoldus. Si actor ponens factuz ex quo
fundatur ius agendi ponat aliquid ex parte rei quod inualiduz di-
cit: quo ente valido excluderetur ius agendi: tunc libellus non pro-
cedit niſi adijciat cauſam inualiditatis nam ſi dicat dico quod mu-
tuaui: ⁊ mihi es obligatus: non obſtante pacto de non petendo: qd̃
feci: libellus non eſt admittendus: niſi petente reo declaretur cauſa
inualiditatis pacti: vt quia eram minor cum feci: vel ſimilia: Item
vt dicit hic Inno. ſufficit libellum concludere ius agendi: inſpecto
iure communi: licet aliquo accedenti ⁊ ſingulari iure: extrinſecus cō-
ſiderato non competeret: quia illud reſeruandum eſt merita: etiam
ſi aliquid de iure ſingulari exigitur ſecundum naturam materie: in
qua formatur libellus: ſufficit ergo ſi dicat: dico qd̃ mutuaui prelato
eccl'ie tantū: nec eſt neceſſe qd̃ ſubmittat dico ꝙ hoc eſt verſuz in vti
litatē eccleſie. de depoſi. c. j. ⁊ in aut. hoc ius. x. q. ij. idem Bart. in. l.
prima. ff. de eden. C. de proba. exer. nec eſt neceſſe: qd̃ exprimat qd̃
mutuauit de conſenſu canonicoruz: quia eo quod dicit mutuaui in
telligitur legitime no. bene quia verba libelli efficaciter intelligun-
tur: per hoc patet quod ſi libellans ponat aliqua in libello: per que
notorie concludatur: ⁊ patenter defectus iuris agendi: niſi aliquo
iure ſpeciali temperet ⁊ iuuet libellum: illud in libello deducendo
non procedit libellus. ad hoc optime. de reſti. ſpo. ad decimas. lib.
vj. ⁊ quod no. de offi. vica. c. ſi. per Inn. ⁊. ſ. de iud. examinata in ad-
di. Non. procedit ergo libellus in quo fatetur exemptam eccleſiam
petendo aliquam ſpeciez iuris epiſcopalis: niſi exprimat quod pre
ſcripſit: de preſcrip. auditis: vel quod illud in exemptione ſit exce-
ptum de reli. do. cum venerabilis ⁊. c. conſtitutus vel aliud ſimile.
Ex his infertur: quod ſi ex narratis in libello concluditur ius agen
di competere de iure communi. Si ad excludendum libellum reus
opponat aliquid: ⁊ quod concludatur ius agendi non competere:
etiam ſi incontinenti ſe offerat probaturum: non admittitur hec ex
ceptio ad repellendum libellum: vt ſi opponat contra libellum: in
quo petitur ius epiſcopale: exemptionem: ⁊ incontinenti ſe paratū
offerat illam probare. nam probatio exemptionis differtur in prin
cipali: nec impeditur libellus: vel lit. conte. de foro. compe. ex parte
b. de lit. conte. capitulo primo. libro ſexto. quod temperat verū niſi
malitia

malicia actoris eſſet notoria:⁊ defectus iuris cui nō eſſet indulgen
5 dum.j.qui ma.ac.nō poſ.ſignificante cum ſi.† Nunqd autē plures
actiōes poſſint in libello accumulari remittit Ho.ad no.per ſe.ſ.de
6 elec.q̃relam. ¶ † Nota bonū dictum qḋ dicitur exceptiōes litis nō
finite nō poſſe opponi ad proceſſum:eſt verū niſi ſint notorie.idem
no.Archi.de elec.vt circa.li.vj.⁊ hoc:q: tales vitiant libellū.Idem
dicit ſpe.in ti.de excep.§.dicto.verſi.vt autem plus dicit idē etiā ſi
de eis conſtet ꝑ inſtrumētum.eo.§.verſi.ſed an reus de quo dixi.de
reſcrip.ſup literis.⁊.de excep.exceptionē ⁊.c.paſtoralis principale
dictū pendet ex hoc an exceptio concludat defectum iuris agendi
funditus:quo caſu hec eſſet exceptio litis finite : que dato qḋ forte
non poſſet opponi cōtra libellum:qui in ſe mihi cōtinet iniquum:
ex quo nō eſt notorium:vel nō patet ex ſerie libelli ꝓcedit libellus:
ſicut dicimꝰ in ſententia iniuſta:tamē poterit opponi ad ꝓceſſuz.
7 † Cōclude ergo ad premiſſa q̃nq3 ex narratis in libello concluditur
ius agēdi de iure cōmuni:q̃nq3 in narratis in libello ꝯcluditur ius
non agēdi:vel cōcluditur ius excipiendi:quādoq3 ex narratis in li
bello cōcluditur ius agendi ⁊ excluditur ius excipiendi.Si ex nar-
ratis in libello cōcluditur ius agēdi de iure cōi:⁊ procedat libellus
licet in aliquo iure ſpeciali intrinſecus aliquo ꝯſiderato nō ꝓcede
ret:vt dicit hic Inn.⁊ ſcḋm naturā ſubiecte materie ſimile qḋ dici-
mus de citatione:q: ſufficit qḋ cōcludat quē ſubiectum cōmuniter
licet aliquo caſu nō ſit ſubiectꝰ:⁊ ſufficit qḋ non cōcludat cōiter:vt
non arctet citatū licet aliquo caſu ꝯcludere poſſet ſingulari q: talia
nō attendunt.facit qḋ no.in.c.ꝑterea.de dila.ad hoc.l.ſuus.de her.
inſt.ad hoc qḋ no.de of.dele.prudentiā.ad hoc qḋ no.de cohabi.cle
veſtra:q: ſufficit ſcḋm regularem curſum motorium eſſe : l3 aliquo
accidenti poſſit excuſari:adeo procedunt predicta:qḋ cōtra libellū
nō admitteret excipiens:paratus etiā incontinēti probare:ſed be-
ne habēs notoriam exceptionē:qḋ puto etiā ſi eſſent actiōes litis
finite vel cōcludentes funditus ius agēdi non cōpetere:que dicunt
litis finite:vt no.ff.de re iudi.l.cū querebat.⁊.l.ſi.ff.rē ra.ha.licet il-
le poſſent opponi ad ꝓceſſus:ſi eſſent litis finite:⁊ incontinēti pro
batio offert:vel nō finite:⁊ eſſent notorie:vel iā ꝓbate:vel de eis cō
ſtaret ꝑ inſtrumentū vt eſt dictū ſi ex narratis in libello ꝯcludit ius
nō agendi:vel ſimul cōcluditur ius excipiendi:niſi aliter tēperetur
libellus nō ꝓcedit q: habet notoriū defectū ⁊ q: de exceptiōe cōſtat
notorie:cū ponēs in libello illā fateri videat.C.de lib.cā.l.iubemꝰ.
hec tū q̃liter intelligat vide gl.i.l.q̃ familie.ff.fa.herciſ.⁊ vide Bar.
de dona.ex hac ſcriptura cū vltima gl.q: ꝯfeſſio ꝑiudicat.pōt tamē
illā renocare aū lit.cōte.Si aūt in libello cōcludit ius agēdi ⁊ cōclu
ditur ius excipiēdi:tūc ſi negatiue tm̄ libellꝰ ꝓcedit:ſi ponit exce-
ptio in facto:⁊ negat:vl' elidit nō ꝓcedit libellus niſi cauſa eliſiōis
oſtēdatur:vt no.ibi:vide aliqua de predictis in ſpe.de libel.cōcep.
§.iuxta propoſitionis.ad fi.

De mutuis petitionibus Rubrica.

¶ Quia plerunq3 ab vtraq3 parte petuntur libelli:⁊ fiunt hincin-
de mutue petitiones:ideo ⁊c.de materia.iij.q.viij.cuius in agēdo.

1 Delegatus quandoq3 eſt iudex competens in materia recon
uentionis.
2 Libellus dicitur quandoq3 ſufficienter concludere per generalem
clauſulam vc3 peto iuſtitiam mihi exhiberi.
3 Reconuentionis priuilegia duo hic vide quomodo ſuper ea pro-
cedi debeat.nu.4.
5 Reſponſio facta voluntarie libello abſq3 citatione valet.
6 Iudex quomodo debet laborare ne partes ſe expenſis et ſumptili-
bus vanis viciſſim inquietent et eas ad concordiam reducere.nu-
me.23.⁊.nume.25.
7 Lites decidunt ſententia et compoſitio.
8 Delegatus poteſt auctorari concordie que fit coram eo et an poſſit
illam exequi.
9 Viciſſim dicitur id fieri quod fit eodē tempore licet non concurrat
in temporis momento.
10 Iuriſditio etiam delegati quomodo extēditur ad alias perſonas.
11 Iuriſditionis prorogatio a quo principio ſurgat ex reconuentiōe.
12 Reconuentio in quibus cauſis habet locum et an procedat in cau-
ſa criminali quando etiam criminalis accumulatur cum ciuili vel
econtra.
13 Recōuentio an procedat quādo agitur pro rebus male alienatis.
14 Reconuentio facta coram delegato quomodo ſe extendat ad lites
que habuerunt ortum poſt datam reſcripti.
15 Reconuentio coram quibus habeat indiſtincte locum.nu.ſeq.
16 Reconuentio in quibus cauſis non habet locu3 ēt propter iminēs
periculum.
17 Reconuentio quando fieri debent vt habeat locu3 etiam ſine iniu
ria agatur.
18 In reconuentione quando procedatur et qualis ſit modus proce-
dendi per iudicem ſuper illa reconuentione.
19 Sententia in materia recōnuentionis quō ſit formanda Et lata cō
tra ordinē non valet tamen eſt ab ea appellandum.nu.22.
20 Exceptio ſuperueniens poſt concluſionem in cauſa quō poteſt op-
poni.
21 Reconuentioni ſi actor reſpōdere recuſet debet ei audientia dene
gari.
24 Iudex non debet laborare partes ad concordiā in cauſis ſuper qui
bus non poteſt tranſigi de quibus hic fallit in principe.
25 Iudex qñ ⁊ in q̃bus cauſis poteſt partes ad concordiā compellere.

Ex literis. ¶ † Reus reconuenire poteſt
atorem etiam coram iudice dele-
gato.qui ſimul audiet ⁊ finiet cauſam vtrāq3 hoc di-
cit ponit mandatum:quod primo iuſtificat: ibi mā-
damus. ¶ Nota quod aliquando agunt in iudicio
2 prelatus ⁊ conuentus ſimul ⁊ eque principaliter de
quo de reſcrip.edoceri. ¶ † Nota argu. pro generali concluſione li-
belli.peto mihi iuſtitiam exhiberi:vide.j.de ord.cog.cum dilectus.
3 ¶ † Nota duo priuilegia reconuentionis . Primum iuriſditonis
prorogationum. Secundum vt ſimul ſuper vtroq3 procedatur . Et
no.ordinem procedendi in cauſa conuentionis ⁊ reconuentionis:
quia ſigillatim particulares actus expediūtur. Primo acta ſigilla
4 tim actoris.Secundo rei reconuenientis . ¶ † No.quod vt proce-
dat reconuentio debet fieri incontinenti.i.in actu lit. cont.vel ſtati
5 poſt. ¶ † No.quod monitio in preſentem ſufficit pro citatione. ad
hoc.de offi.dele.conſuluit.C.quomodo ⁊ quando iu.l.ſi. ſecundum
hoc videtur quod ⁊ in preſentem vt teneat reſponſio ad libellu3 exi
gatur monitio . ſed dic quod ideo hic exigiturꝰ quia nolebat pro-
pria voluntate reſpondere.⁊ eſt argu.quod actor in cauſa reconuen
tionis non habet habere deliberatorias:ex quo arctatur incontinē
ti reſpondere:ſed dici poteſt quod hec deliberatorie non excludun-
tur cum potuerit quo ad hoc venire indeliberatꝰ : ⁊ intelligitur hic
incontinenti ideſt nullo alio actu ſeparato interpoſito. notant hic
doc.quod ad conuentionem ſuper vna re poteſt ſequi reconuentio
ſuper pluribus: ſed non placet hoc : quia ⁊ hic poterat eſſe conuen-
tio ſuper pluribus: maxime cum loquatur quo ad conuentionem in
6 plurali:⁊ quia indiſtincte loquitur iuſtitiam exhiberi. ¶ † Nota iu
dicem ante omnia debere laborare ad concordiam:⁊ quod ad ipſam
7 recurrere poteſt cum bona conſcientia:† ⁊ no. duo remedia litis de-
ciſoria:ſententiam: ⁊ compoſitionem:⁊ eſt hic finis fori vt concor-
8 dia ſit inter ꝑtes et exulent lites.ſ.in conſti.Greg.† Et no.delegatū
auctorari cōcordie que ſit corā eo:de quo de iudi.capi.primo libro.
ſexto nunquid illam exequatur:vide.de offi.dele.ſi quando :per In
9 nocen. ¶ † Nota id dicitur viciſſum fieri:quod ſit in eodem tempo-
10 re:licet non concurrant in temporis momento. ¶ † Nota caſum in
quo iuriſditio extenditur ad alias perſonas etiam delegata quan-
do prorogatio ſurgit auctoritate iuris. ¶ Venio ad materiam recō
uentionis ⁊ non proſequar per modum conuenti ſed ordine gloſa-
rum. ¶ Oppo.primo quod poteſtas non extendatur ex reconuen
tione:vt patet.ſ.de arbi.cum dilectus.So.arbitri poteſtas non ex
tenditur que menſuratur ad ſola partium verba:ſed delegati ſic : vt
hic:⁊ eſt cauſa.quia iuriſditio datur via iuris.Ideo ſurgunt proui-
ſiones iuris circa ea3 :poteſtas ab homine datur arbitro.Ideo nō
prouidet ius.ad hoc.l.in conuentionalibus : ⁊.l. quotiens . de ver.
11 obli.⁊ facit quod no.in ſi.de re iudi.c.ſi . ¶ † Secundo quero a quo
principio ſurgat prorogatio ex reconuentione:dic ſi attendit cau-
ſa immediata principiū ſurgit a iure:nam ⁊ in inuitum datur ⁊ extē
ditur vt hic ſi attenditur primarium principium poteſt dici quod
ſurgat principio voluntario:⁊ tacito conſenſu agentis:quia volun
tarie adit iudicem ⁊ ſi vult pro ſe velle debet ⁊ contra ſe: vt dicit.l.cū
papi.C.de ſen.Ratio hec eſſet vera vbi quis haberet plures iudices
⁊ alterum eligeret:vel etiam vbi eligeret delegatum:quia tunc prin-
cipium omnino voluntarium eſt : ſed vbi adit iudicem vnicum rei
quem neceſſe habet adire iam principium non eſt voluntarium:q̃a
ex neceſſitate illum adit : ſaltim cauſatiue: quod velit ſuum conſeq
quia actor neceſſitatur forum rei inſequi:vt ſupra.de foro competē
ti.ſi clericus:⁊. c.cum ſit.dico ergo : quod prorogatio ſurgit a iure:
cauſatur tamē aliquali equitate naturali: que trahit principio nō
ad eo quod vult actor:ſed quod velle debet: ⁊ potentialiter velle po
teſt:⁊ ſic a quodam principio volūtatis ficte:quia velle poteſt: ⁊ vel
le debet:cu3 cauſe vnius coram vno inter eoſdem melius quam co-
ram diuerſis tractabuntur ne contingat tractus ad diuerſos iudi-
ces ⁊ ad vitādos ſumptus ⁊ labores . dedignari non debet iudicem
contra ſe coram quo ⁊ litigat pro ſe : licet ⁊ illum adeat quia aliū
non poteſt.Iſtud.ca.habet materiam non proſequendam ſecundū
gloſarum ordinem.Primo videndum a quo principio ſurgat pro-
rogatio iuriſditionis ex reconuentione:⁊ hoc eſt dictum.Secūdo
in quibus cauſis habeat locum reconuentio:⁊ in quibus non.Ter-
tio coram quibus habeat locum reconuentio.Quarto quando de-
beat fieri reconuentio.Quinto quando in reconuentione proceda
12 tur. ¶ † Ad primū in quibus cauſis habeat locum reconuentio po